XVIII XVII
12 Bi



Inter libros
Josephi Mariæ Par[illegible]ndelo
Antecessoris Regii
A. L. N

Digitized by Google

Goog

PRVDENTIÆ CIVILIS RABBINICÆ SPECIMEN

ſive

R. ISAACI ABARBANELIS

Diſſertatio

De

PRINCIPATV ABIMELECHI

OBSERVATIONIBVS ILLVSTRATA

AVCTORE

IO. FRANCISCO BVDDEO

Gymnaſ. Coburg. P. P.



JENÆ

Sumtibus IOH. BIELCKI, Bibliopol.

CIↃ IↃC XCIV.

by Google

[illegible]

[illegible]

[illegible]

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DOMINO

ALBERTO

DVCI SAXONIÆ
IVLIÆ CLIVIÆ AC MONTIVM
ANGARIÆ QVOQVE WESTPHA-
LIÆQVE, COMITI PROVINCIA-
LI THVRINGIÆ, LIMITANEO
MISNIÆ, PRINCIPALI DIGNI-
TATE COMITI HENNEBERGIÆ
COMITI MARCÆ ET RAVENS-
BVRGI, DOMINO RAVEN-
STEINII

S. CÆSAR. MAJESTAT.

SVPREMO CAMPI MARSCHAL-
LO ET PEDESTRIS EXERCITVS
DVCI SPLENDIDISSIMO
ETC. ETC.

DOMINO MEO ET PRINCIPI
CLEMENTISSIMO

PERPETVAM FELICITATEM.

Digitized by Google

)o(

SERENISSIME
PRINCEPS
DOMINE
CLEMENTISSIME

Hebræum in ſcenam prodire jubeo, non ſuperſti-

perſtitioſæ iſtius atque jejunæ, quâ ſumma myſteria tegi credunt, diſciplinæ interpretem; nec perfidiæ profanique cultus defenſorem, & in turpisſimi erroris præſidium, divinarum literarum, ut ceteroquin ſolet, detorquentem oracula: ſed eas artes, quibus Imperatorum & Rerumpublicarum, innititur ſalvo, quæ eos quoque, qui orbis dispenſant fata,

vel maximè decent, exquiſitè & ornatè profitentem edisſerentemque. Neque adeò falluntur, ab iſta gente qui talia ſperare non audent: præſertim ex quo Jehudæ, ſanctisſimi Viri perfida progenies, extorris & profuga, patriisque ejecta ſedibus, aris & focis deſtituta, perque orbem univerſum ferarum more deliteſcens, ritè tractare ſceptra, temperare Rempu-

publicam legibus, prudenter & juſtè imperare aliis, aut ope conſiliove præſto eſſe Principibus, animum denique improbâ pervicaciâ, triſti caligine, fœdâ ſervitute circumſeptum, ad altiora, & ingenuâ mente digna tollere, jampridem dedidicit. Protulit tamen, in tantâ bonarum mentium ſterilitate & inopiâ, Hebræus populus Abarbanelem, hominem me-

meliori naſcendi conditione dignum, ſed à moribus ſuorum adeò alienum, ut Græcarum Romanarumq; litterarum ſtudio indefeſſo excoleret animum & perpoliret, civiliumque rerum inſignem notitiam ſibi compararet. Sanè nec Alphonſum V. Portugaliæ Regem puduit, ejus quandoque & operâ & conſiliô in rebus graviſſimis uti: cui utique, ita

ſuam

ſuam probavit fidem, induſtriam, peritiam, ut ſupra gentis ſuæ indolem ſapere, & quôdam quaſi naturæ errore ad ſublimiora formatus videri poterat: hôc unô certè infelix, quod Magiſtrorum ſuorum placitis imbutus, & infernalis genii fraudibus circumventus, cœleſti veritati palàm adeò repugnaverit, ut ad ſtabiliendum falſitatis & perfidiæ

regnum, noſtramque profligandam fidem, omnes in aciem, infelici quamvis irritôque conatu, ingenii vires eduxerit. Præclara igitur & excellens Viri hujus doctrina, cujus quamplurima quidem, in omnibus ingenii ſui præſtantiſſimi documentis, præcipuè in illuſtri illâ de Abimelechi Principatu commentatione, ſpecimina dedit, ne quemquam, Hebrææ

brææ licet linguæ expertem, fugeret, id quidem nunc efficere anniſus ſum: eundemque à civilium rerum peritisſimis Viris non diſſentire, nec proferre quicquam, quod illis non probetur, vocatis, quæ mihi fortè ſe offerebant, aliorum teſtimoniis in ſubſidium, comprobavi. Hoc ipſum verò quicquid demum ſit, exiguum ſanè levisſimumque, ingenii in-

duſtriæque meæ monumentum, Tibi, SERENISSIME PRINCEPS, vel hoc nomine deberi credidi, quia ipſa ortus conditione, aſſiduoque negotiorum tractatu, eum rerum civilium intellectum juxta ac uſum, conſecutus es, quantum in Principe, optimum, maximum, mirantur prudentes & ſummè deprædicant, ut nihil adeò in amplis-

pliſſimo hoc diſciplinæ genere reperiatur, quod non Tibi pateat, ac penitiſſimè introſpiciatur. Quin haſce ipſas virtutes, quibus Patriæ Patrem ornatum cupiunt, harum litterarum arbitri, non meliori, quam Tuô, comprobabunt exemplô. Fingant enim quamvis, forment que Principem, quem ſublime iſtud faſtigium deceat; qui potens conſi-

liis, effectu felix, partæ in bello gloriæ, patriæque ſalubriter conſtitutæ laudem inimicis quoque extorqueat, ne voto tamen, TE, meliorem concipere licet; nec alium facilè, quàm TE, DOMINE CLEMENTISSIME, poſterorum oſtentabunt annales, in quô majori concordiâ, & arctiori nexu, junctæ fuerint virtutes illæ, quibus decorari excelſio-

ſioris fortunæ Horoëm oportebat. Lætantur inde, quibus obſequii gloria relicta, ac in mutuas gratulationes ſolvuntur, quod ſupremô divinæ indulgentiæ munere ipſis præſit, qui nihil planè ignorat, quod communem illorum ſalutem attinet: ſed & decora quævis ingenia, publicis iſtis in patriam inque orbem eruditum meritis, & gratio-

tioſâ erga ingenuas artes voluntate, ſtimulantur, ut paſſim efferant benefacta laudibus, & egregiis monumentis, ad poſteros duraturis, conſecrent. Me verò alia quoque concitant atque impellunt, divinæ nimirum indolis Tuæ benignitas, propitiusque favor, quô me complexus es, cujus quoque fructum uberrimum hactenus ita percepi, ut nunquàm

quàm non ſanctam hanc beneficiorum cuſtodire memoriam, gratâque & devotâ eam colere mente, & pietas jubeat, & honeſtatis & æquitatis leges jure à me exigant. Quare & publicum hocce ſubmiſſi cultus gratæque mentis monumentum extare volui: umbraticæque huic tractationi, Sereniſſimum Nomen Tuum præſcribere, animum mihi

hi

hi addente, timoremque omnem, quem præceſſum iſtud gloriæ faſtigium, mihi objecit, dispellente inuſitatâ Tuâ omnibusque decantatâ clementiâ, auſus ſum. Accipe igitur ſereno vultu, hilarique fronte, fidei, cultus, obſequii mei pignus certisſimum. Interim Supremum Numen devotisſimâ mente veneror, ut in ſeros ſuperes annos, ſalvus

vus, integer, incolumis, utque novis felicitatis & gloriæ exemplis, immortale iſtud Majorum Tuorum decus augeas, poſteritasque adeò in TE quoque habeat, quod admiretur, atque adoret. Ego verò tum demum ſupremum felicitatis gradum me conſecutum eſſe exiſtimavero, ſi mihi clemens propitiusque eſſe non deſinas: quod unicè in votis habet,

bet, qui ſe TIBI æternum conſecrat

SERENITATI
TVÆ

devotiſſimus

Ioh. Franciſc. Buddeus.

BENEVOLO LECTORI S.

Promereri Abarbanelem cenſeo, ut illis quoque ejus innoteſcat doctrina & præclara indoles, quibus per vitæ conditionem Hebræorum evolvere ſcripta non licet. Et ita quoque exiſtimarunt Clariſſimi VIRI, *qui ſubinde ex ejus commenta-*

tationibus aliquid depromere, gloriæ ſibi ducunt. Non minùs quoque Hebræarum litterarum dignitati eos conſulere credidi, qui documentis certisſimis commonſtrant, in hâc quoque gente non deeſſe, qui intra criticæ artis regulas ſubſiſtere, & in populi hujus moribus & conſuetudinibus indagandis omnem transigere ætatem, nefas ducunt, ſed ſupra

vul-

lgus ſapere allaborant. ia verò, Humaniſſime ector, hoc præcipuè re- rt, ut intelligas, me ex mmentario Abarbanelis Caput IX. *Judicum, quod es geſtas Abimelechi nos docet, ea ſaltem attuliſſe, quæ præcipuè memoratu obſervatuque digna videbantur. Quæ ut majorem lucem caperent, liberrimâ ſcriptione congesſi, quæ in promptu erant, & huc maximè*

ximè facere videbantur: nonnunquàm verò, ut aliud ex alio mihi incidit, ita quidque perſecutus ſum. Quam quidem ſcribendi legem & ipſe mihi conſtitui, & ſuſcepti operis ratio non ſuadebat ſaltem, ſed prorſus requirebat. Mihi verò tum demum gratulabor, ſi probis quibusdam doctisque VIRIS *hunc non displicuiſſe conatum, intellexero. Vale.*

CAPVT I.

Q. D. B. V.

CAPUT. I.

Σύνοψις

Mutatio religionis Reipublicæ periculoſa. De Baal Berith ſententia Abarbanelis, Salomonis Jarchii, aliorumq;. Baal idem ac Jupiter. Refellitur Philaſtrius. Illuſtratur Sententia Abarbanelis. Confertur cum Sententia Platonicorum. Eadem Idololatria apud Hæreticos veteres.

§. I.

Nulla res ſæpius præcipites Hebræos dedit, qvã ſuperſtitio. Hinc toties rerũ ſumma apud illos conturbata fuit,

Reiq; publicæ navis periculoſiſſimis fluctibus expoſita,qvoties ſacra hæc religionis anchora eſt commota. Commune hoc illis cum reliqvis gentibus. Tanto tamen luculentius fons & ſcaturigo omnis mali hîc patuit, qvanto majorē gentis hujus curam ageret,provida mens Numinis. Cum libertate itaq; verus Numinis ſenſus, avitaqve ſacra, ab omni labe purgata,reddita illis ſunt operâ Gedeonis fortiſſimi Viri. Qvare cùm ſancta illis tanti Herois recordatio eſſe debuiſſet,cum beneficiorum memoriâ, probitatem omnem integrosq; exuerunt mores,partoq; exciderunt munere. Et iſtud qvidem eſt quod divinitus edocemur.

§.II.Aſ

§. II. Aſt, quod Don Iſaac Abarbanel addit, exactiorem promeretur curam: ואחשוב inquit, שישראל זנו אחרי הבעלים אבל לא עזבו את ה' כי היו עובדים את האל ית' וגם את הבעל לחשבם היותו אמצעי בינם ובין השי"ת להורדת השפע וההשגחות. ולזה אמר וישימו להם בעל ברית לאלהים ר"ל ששמו להם בעל אחד שהית אצלם ברית לו עם האלהים לפי שהיו המה עובדים את האלהים ועובדים אותו הבעל. כאלו היו יתבר' והבעל שניהם חברים שותפים באלהות ואוהבים בעלי ברית. *Ego vero arbitror, Iſraelitas quidem ſcorta-*

 tione

tione adhæſiſſe τοῖς Baalim, ita ut non dererent DEUM verum; namq; DEUM pariter ac Baal coluerunt, exiſtimantes quod hic (Baal Berith) medius eſſet inter ipſos & verum DEUM, ut demitteret cœleſtes ſpiritualesq; influx9; propterea quoq; dicit: Et poſuerunt Baal Berith in DEum i.e. *conſtituerunt ſibi idolum aliqvod, qvod fœderis inſtar ſibi cum Deo eſſet, eò qvod ipſi & verum DEum pariter ac Baal colerent, æqvè ac ſi DEus & Baal ſocii eſſent, ejusdemq; divinitatis participes, amarentq; adeo Baale Berith, i. e. illos qvorum beneficio, tanqvam fœdere qvodam inter ſe jungantur.*

§. III. Qvæ ſi ita ſe haberent, irrita eſſet illorum ſententia, qvi inter præcipua veterum idola, uni

uni haud ſanè infimo, nomen iſtud *Baal Berith*, hæſiſſe autumant. Docet hoc Salomoh Jarchi, magnæ auctoritatis atq; doctrinæ VIR *in Commentar. in Jud. Cap. IX.* Adſtipulantur ei & alii comemorati apud Seldenum, qui de Syrorum Diis accuratè comentatus eſt. Etenim ita arbitrantur, cum Baalis vel Beli nomen commune fuerit, perque omnes orientis provincias diffuſum, ſecus ac Hieronymus cenſet, *in libro de Nominib. Hebr. conf. quoq; Huetius in D. E. p. 220.* eodem & maximè DEorum hominumq; Regem inſigniri oportuit; qui cum diverſis muneribus fungeretur, in diſpenſandis hominū

ſatis, variisq; illorum neceſſitatibus propitius opitulator adeſſet, diverſos quoque honorum titulos ſortitus eſt.

§. IV. In Græcorum Latinorumq; ſacris Ζεὺς Jupiterq; audit, quē orientis incolæ Belum ſalutabant. Utriuſque enim Numinis idem cultus, idem honor, eadem veneratio. Ritè conferri atq; contendi inter ſe poſſunt ex eis quæ de Beli ſecretis commentatus eſt Claudianus *lib. I. de Laudibus Stiliconis.* Philaſtrium enim pueris etiam ludibrium extorquere arbitror, dum Bileamum Vatem, Hebrææ Genti ultima fruſtra minitantem, cum Baal atq; Belo miſcet. *in Catal. Hæret. cap. XXV.*

Be-

Belus itaq; quem & Jovem nunc dicere liceat, diverſa cognomina cultoribus ſuis cum expreſſerit, in divinis quoq; commemorata litteris, inter alia Baal Peor, Baalque Berith appellitatus eſt. Et per contemptum quidem BaalPegor בעל פגור i.e. ζεὺς πορδεὺς dictus eſt à purioris cultus aſſeclis, qui Baal Raam, apud ſuos audiebat, ſi fides habenda Scaligero: *vid. Joh. Gerhardus Voſſius de Idololatriâ Gentil. lib. VI. cap. VII. & Dionyſius Voſſius ad Maimon. de Idololatr. p. 20.* Baal Berith autem eundem eſſe qui ζεὺς ἥρκιος Græcis appellatur, memoraturque Sophocli in Philoctete, idē Scaliger contendit, in *Elencho Trihæreſii p. 18.*

§. V. Secus verò ſentit Abarbanel, abnuens iſtud, DEI cujusdam aut Numinis proprium hoc fuiſſe nomen. Refellit n. Salomonem Jarchium, qui hoc ſibi perſvaſerat. Parumque omninò abeſt quin illi accedã. Etenim cum perverſi mores disceſſioq́ue Hebræorum hîc redarguatur; non tam idolũ certũ cui adhæſerint præfinit, Sp. ſed erroris inuſitati, quo tu ceu veneno quodam afflati atq; infecti erant, eosdem reos facit. Rectè quippe rebus ſuis ſe conſulere arbitrabantur, ſi patriis avitisque ſacris non renunciarent, idola autem colerent, tanquam Dei hominumque internuncios. Cœli Numinisque com-

commercia non fert humanæ mentis imbecillitas: multò minus excellens DEI perfectio, ejusdem anguſtiâ capitur. Medela erat in promptu, annitente infernali genio, huic morbo parata. Per ficticios Deos verum adire Numen, iſtudq; ſub hiſce colere imaginibus, id qvidem tutiſſimum videbatur. Ergo ſuperſtitio iſta fœderis inſtar fuit, quo Deus hominesq; inter ſe convenirent, ritèque divino cultui pariter ac humanæ mentis imbecillitati, proſpiceretur. Robur hæc ſententia inde potiſſimum accipit, qvod initio qvidem dicitur: ויזנו אחרי הבעל ſtatim verò ſubjicitur וישימו להם בעל ברית לאלהים

qvæ verba ex mente Abarbanelis ita interpretari mihi liceat: *Et conſtituerunt Baal*, ſive idolum antè memoratum, *fœdus*, h. e. ut fædus eſſet, *DEO* hominibusque.

§. VI. Nulla nempe res ſæpius diris erroribus præbuit anſam, quam imbecillitatis cujuſdē intempeſtiva perſvaſio. Ritè hanc agnoſcere, haud ſecus qvam par eſt, laudi ducitur: aſt in ſuperſtitionis vertere occaſionem, nefas eſt, ſummumq; piaculum. Fontes primasque profani cultus ſcaturigines alibi detegit Abarbanel, aſt non infimo loco inconſultam hanc humanæ fragilitatis opinionem, collocandam, autumo. Ceterū

aut me omnia fallunt, aut non procul inde recedit ſententia Platonicorum Arabumq; quorundam, qvi ſub Abamnone Rege ſapientiæ ſtudia coluerunt. Namq; humanum intellectum ſupremæ menti jungi exiſtimāt geniorum qvorundam interventu. Hos ſi qvis inter idola referret, non aptiori qvam τοῦ *Baal Berith*, nomine posſent inſigniri. Ingens nimirum inintercapedô Deum, nullis virtutum aut potentiæ limitibus circumſcriptum, hominesqve corporis contagio commaculatos, à ſe invicem diſcernit. Alterius igitur operâ jungi eosdem oportet, qvi qvo propius ad divinitatis conditionē

accedit, eò magis ab hominũ abeſt imperfectione.

§. VII. Eundo per ſingula depravatæ veritatis intervalla, deprehendimus, non Hebræos tantum, ſed alias qvoq; gentes hoc errore in transvorſum fuisſe actas. Baſilidiani, & Manichæi aliiq; cœleſtis doctrinæ turpisſimi oppugnatores, qvorum nomina in ſacris celebrantur Annalibus, Chriſtiani cultus decretis, Ethnicorum miſcere placita, & idola colere non dubitabant, haud dubiò eâdem, qvâ Hebræi, adducti ratione. Favet enim ſibi error ſibiq; applaudit, qvod non in dedecus, ſed in honorem potiùs veri Numinis hoc vergere videatur. Virorum ſanctitate in-

inclytorum, imaginumq́; cultus, non alio magis argumento ſvaderi miſeriſq́; obtrudi poterat. Eundo enim vires acqviſivit ſuperſtitio, & incrementa ſumpſit inopinata, ut à Clariſſimis Viris Dallæo pariter ac Spāhemio eſt obſervatū. Huc ergo cuncta redeunt: Indicari hic gentis Jſraeliticæ nō tam novum idolum, quam novam hæreſin. Hanc verò longè lateq́; fuiſſe diſſeminatam, ut evincerem, mearum eſſe partium exiſtimavi. Aſt ad mentem Abarbanelis. Quo minus enim prorſus eidem ſubſcribam, accentuum, ut vocant, ordo prohibet. Horum enim auctoritas qvibꝰ ſacra eſt & veneranda, ut ad partes ejus ſint acceſſuri, valdè vereor.

CAP.

CAP. II.

Σύνοψις

Turbamenta vulgi, ex mente Taciti & Abarbanelis. Abimelechus ex matre inferioris conditionis, natus. Obſervatio Abarbanelis hâc de re. Naſcendi conditio obſtaculo fuit Abimelecho. Comparatur cum Antonio Priori Cratenſi. Succesſio Spuriorum: exemplis comprobata: qvousq; admittenda? plerumq; cum magno periculo conjuncta: פילגש an ſignificet concubinam? Sententia Salomonis ben Melech, Abarbanelis, Nachmanidis, aliorũq;. Sententia Abarbanelis confirmatur: inde tamen non excuſatur Abimelech.

§. I. SEctemur nunc ea qvæ propius ad noſtrũ inſtitutum

tutum accedunt. Mortuo Gedeone ſpes regni occupaverat ſuperſtites filios ſeptuaginta. Abimelechum excludebat naſcendi conditio, qvâ ceteris erat inferior. Fraudibus fallaciisq; viam ad imperium ſibi munire conſtituit, qvā æqvi & honeſti illi intercludebat ratio, homo ſui impotens, &, qui, ut Theſſalus ille ait, eſurire ſibi videbatur, nî imperitaret. Cornelius Tacitus occultas Ottonis artes expoſiturus, per quas exitium moliebatur Galbæ, non ſine multis ambagibus, militũ eundem aucupatum eſſe gratiam, illorumqve ſibi devinxiſſe animos, auctor eſt. Omnes autem haſce machinationes quibus uſus eſt, Turbamenta

menta vulgi appellitavit, quod hiſce maximè obnoxiæ ſint plebejorum mentes. Non facilè quisquam ingenio deſtituitur, quoties eodem ad ſcelera peragenda opus eſt. Nec Abimelecho fraudulenta conſilia infeliciter ceſſerunt; quin ex voto illis reſpondebat eventus. Quæ autem Tacitus *Vulgi turbamenta*, vocat, haud inconcinnè Abarbanel בתורי appellitat. Summam ejus in eo poſitam fuiſſe doctiſſimus Hebræus judicat, ut tædium odiumq; erga filios Gedeonis injiceret ſubditis. Ita ſanè de Ottone Tacitus: *inſerendo ſæpius querelas & ambiguos de Galbâ ſermones.* &c.

§. II. Infinita onera, miſeramq; ſubditorum vitam, ediſ-

ſere-

ferebat Abimelechus, cum pluribus ſerviendum eſt. Nec n. Gedeonis decreto ad unum ſummam rerum delatam. Septuaginta Regum inexplebiles cupiditates ſubditorū fortunis eſſe exatiandas. Diſpicerēt ipſi, foretne tolerabilius plurium imperium pati an unius? Se eodem Patre genitum, eodem jure paternam cernere hæreditatem. Matrem licet juſtæ conjugis loco non fuerit, non tamen ſibi eſſe dedecori.

§. III. Audire hic iterum juvat Abarbanelem: ואמנם אמרו עוד וזכרתם כי עצמכם ובשרכם אני ר״ל כי הוא היה בן גדעון כמו הבנים האחרים ואם היה נופל

נופל מצד אמו שהיתה פלגש, הנה זה אין ראוי שיהיה אצלם כי אמו היתה מביניהם' ולכן מאותו צד שחשבו האחים שהוא יותר פחות מפארת האם מאותו צד עצמו מפאת אמו ראוי שיהיה הוא יותר משובח אצל בעלי שכם: *Et profectò qvando dicit* (Abimelechus) *recordemini me eſſe de oſſe veſtro deqve carne veſtrâ, hoc qvidem innuit, qvod filius Gedeonis ſit, æqvè ac ceteri, & licet inferior ſit ratione matris, qvæ fuit concubina, tanti tamen hoc non eſſe, ut apud illos, (Sichemitas) qvicqvam valeret, eò qvòd ex hâc ipſa gente prognata fuiſſet mater; ex hoc ipſo capite itaq; qvo ipſum infe-*

riorem

riorem exiſtimarunt fratres, videlicet ratione matris; ex hoc ipſo ſuperiorem excellentioremq; apud Sichemitas ſeſe ferebat. Hoc dubium ergò ſollicitumq; me tenet, fueritne hoc fraudi Abimelecho, quod ex matre minoris dignitatis ſuſceptus esſet, quo minus cum reliquis fratribus eodem ſuccedendi jure, frui poſset. Saltem iſtud obtentui fore reliquis, ſuſpicabatur Abimelechus, indeq; haud difficulter novum ſibi objectū iri impedimentum, ſibi perſvadebat, cui quidem ut obviam iret è re ſuâ esſe arbitratus eſt. Idq; ſolerter obſervavit Abarbanel.

§. IV. Eodem profectò impedimento prohibitus Anto-

nius Prior Cratenſis, Portugalliæ regno excidit. Teſtatur id Hieronymus Coneſtaggius, qvo nemo facilè doctius elegantiusque de Caſtiliæ ac Portugalliæ conjunctione commentatus eſt. *Extat Tom. III. Hiſp. Illuſtr. p. 1062.* Namqve Sebaſtianum Regem, intempeſtivus ac inconſultus impetus, præcipitem dederat. Cum exercitu vitam amiſit in Africâ: nec Henrico ſpes prolis aut vitæ diuturnæ. Antoniũ generis propinquitas favorq; ſubditorum erigebat: eidem tamen obfuit matris illicitus thorus, æquè ac Abimelecho. Nihilo ſecius diſpar utriusque fuit ratio. Juſto Succesſore deſtituta regia ſedes patebat

Anto-

Antonio : Abimelecho per fratrum cædem, facinoraque crudeliſſima hæc erat conſcendenda.

§. V. Quid autem prudentiæ civilis pariter ac naturalis æquitatis præceptionibus hîc cautum ſit, patet. Namq; vel hæreditas regnum dat, vel plebis arbitrium. Illud ſi obtineat, nullus ambigo quin legitimis liberis æquè ac nothis, eadem ſit ſuccedendi facultas, modo illorum potior ſit conditio. Hoc Perſis in more poſitum fuit, teſte Herodoto: νόθον ὃ σφι νόμ© ἐςὶ βασιλεύσαι, γνησίε παρεόντ©. *p. m. 857.* Neq; enim nothos prorſus rejicit: ſed poſt legitimos, penes illos ſummam rerum fuiſſe, haud obſcurè indicat.

dicat. In Epiri regno, ex Patris Pyrrhi, legitimis liberis deſtituti, judicio, ſuccesſit Molosſus nothus. *vid. Pauſanias lib. I. p. 10.* De Jugurthâ Numidico Rege *conf. Salluſtio in Bello Jugurthino*, Auctorem habeo Adamum Bremenſem, Gentibus Septentrionis regna incolentibus, nihil ſolennius, nihil uſitatius fuiſſe; quam parere nothis. *cap. 106. Hiſt. Eccleſ.* De Michaele quodam Theſſaliæ Domino, ſed illegitimo thoro nato, qui certior fieri cupit, *Gregoram* adeat *lib. II.* Nec domeſticis exemplis Antonius caruit. Poterant eum erudire Luſitanici annales, qui ne Thereſiam quidem prætermittunt, quæ Henrico juncta regni iſtius haud infe-

infeliciter conditi gloriâ hodienum fruitur. *conf. Reſendius Antiqvit. Portugall. lib. IV.* & *Antonius de Souſa Luſit. Proœm. II. §. I.*

§. VI. Eſt quippe dominii, ut ex illorum præſcriptis qui hæc ſacra colunt, loquar, hæc vis & efficacia, ut juſto titulo ad nothos quoque ejusmodi transmittantur regna. Proximum ſanè à filio legitimo locum occupat nothus. Eundem quoque in ſuccesſione tuetur. Nec à gradu dimovetur in privatis hæreditatibus adeundis. Aſt ſi populi ſuffragiis regia propagatur dignitas, vix quidem eſt, ut eandem ſibi cum reliquis fortunam polliceantur, quorum hâc labe

com-

commaculata eſt nativitas. Etenim ne regno publicæq; rei dedecoris inde aliquid accedat, periculum ſubeſt. Nec aliunde magis integris quoq; populis vitii quid hæſiſſe, famâ fertur, quod nullâ deinceps curâ aut arte apud poſteros elui potuit.

§. VII. Hinc ſi rationes ſubducas ad Gedeonis filios legitimos primum, & hiſce demum extinctis ad Abimelechum regnum pertinuiſſe, arbitrandũ eſt. Sanè nondum induerat regni faciem ſacer Numiniq́ve conſecratus populus: propè tamen ab ejusmodi ſtatu aberat, dum Gedeoni ejusq; filiis ac poſteris rerum ſummam detulerunt. Et iſtud quidem iterum indicatum eſt ab Abarbanele:

nele: Ita enim Abimelechum omnia ſecum volventem rationesqve colligentem exhibet:

ואם תאמרו שלא ימשול כי אם אחר אינו כן כי כלם בני ירובעל ולכלם יש משפט בממשלה אחרי שהוא לא נתנה בימיו לאחר מהם *Et ſi dixerint*, (Sichemitæ) *unus tantummodo imperabit; non utiqve ita ſe res habet. Omnes enim ſunt filii Jerubaalis; omnibus etiam jus ſucceſſionis in regnum competit: cum iſte in vivis adhuc exiſtens, uni illorum hoc non tradiderit.* Hinc vero edocemur Rempublicam Hebræorum tum inſtar regni hæreditarii ſeſe habuiſſe, eo

quod ſuâ ſponte Gedeoni & filiis ejus ſeſe ſubmiſerant. Filios vero eodem omnes jure Patri ſuccedere potuisſe, niſi primogeniti ex gentis conſvetudine potior fuisſet conditio. His vero mortuis, tum demum Abimelecho viam patuisſe ad imperium, qvod ille tamen fraudibus occupare, qvam ritè expectare maluit.

§. VIII. Qvæ Abimelechi ſucceſſionem impediverint, qvamve huic malo paraverit medelam, primas ducente lineas Abarbanele, expoſui. Hoc prætermittere nefas duxi, qvod ab inſtituto haud adeò alienū eſt, non ſemel ſpurios, illegitimosq; magnorum Principum filios, diras concitasſe turbas.

Tan

Tancredus ille ſeſe mihi offert, ad fidem huic rei faciendam. Etenim extinctâ Normannorū in Italiâ gente, Siciliam Apuliamque, qvam jam pridem avaris votis devoraverant, ſibi vendicabant Romani Antiſtites. Siculi verò Præſulum detrectantes imperium, Tancredum Rogerii ex pellice filium, intempeſtivis Pontificum objecerunt cupiditatibus. Exarſere in mutua odia, bellaq; atrociſſima, qvibus parum abeſt, qvin florentiſſima regna concuſſa fuerint penitus ac labefactata. Accuratè hæc tradidit, memoriæqve & litteris mandavit *Pandulphus Collenutio, lib. III. Hiſtor. Neopol.*

§. IX. Redeo ad Abimele-

chum. Hunc enim per impe-ritiam inter nothos relatum fortasſis aliqvis exiſtimaverit. Etenim pellex non perinde eſt ac uxor ſecundaria, qvam פילגש Hebræi vocant, voce prorſus ſingulari, & ad gentis inſtituta, accommodatâ. Ex his ergo qui erant geniti, ſpu-riorum inſtar non eqvidem e-rant, dignitate tamen aliisque honorum gradibus cedebant legitimis. Non minus igitur in Abimelechum qvadrabunt, qvæ diſceptavimus, ac ſi ex pel-lice fuisſet ſuſceptus. Qvod ut omni dubio careat Hebræorũ in ſubſidium vocare placita ju-vat. Namque Salomoh ben Melech ad vocẽ פילגש asſerit:

היא

היא האמה המיוחדת לאדם למשכבו בלא כתובה ובלא קדושין *Eſt ancilla aſſumpta à Viro ad concubitum, ſine legitimis ſponſalibus, & ſine dotis ſcriptione.* Tum qvippe matrimonium ritè ſanctèqve initum, & nullo vitio adſperſum credebatur in gente Hebræâ, ſi per hæc mutuæ fidei pignora firmatum eſſet, ut prolixius tradunt celebres iſtius populi Doctores *in Tractatibus Talmudicis Kidduſchin, & Kethubbot.* Pellices itaqve utroqve deſtitutæ, hoc ipſo à juſtis uxoribus diſcernebantur, ut ex *Talmudico Tractatu Sanhedrin* aſſerit Kimchius *ad II. Sam. V. v. 13.* Hunc pleriqve deinceps ſecuti ſunt qvotqvot in hoc

campo ingenii periclitati ſunt vires, interq́; noſtri cultus homines, Druſius *ad Loca Difficil. Geneſ. c. 65.* & Johannes Seldedenus *de Succesſionibus ad Leges Hebræorum Cap. III.*

§. X. Hîc vero rurſus ſecus ſentire video Abarbanelem, exiſtimantem פילגשים *ſ. concubinas*, ductas fuisſe בקרושין *per legitima Sponſalia*, ſed בלא כתובה *absq; dotis ſcriptione ſive asſignatione.* Firmat ſuam ſententiam auctoritate Salomonis Jarhii juris pariter ac antiqvitatis apud Hebræos peritiſſimi Viri. Is verò diſertè hanc vocem ita interpretatus fuerat ſeqve nihil dixiſſe affirmaverat qvod à Talmudicarum Pandectarum

ctarum ſententiâ eſſet alienum. Etenim in Codice Sanhedrin inter alia dicitur : מה בין נשים לפילגשים נשים בקרושין וכתובה ופילגשים בקרושין בלא כתובה *Quid intereſt inter concubinas & uxores? Uxores ducuntur per ſponſalia & ſcriptã dotẽ concubinæ per Sponſalia ſine ſcriptâ dote. Conf.* Abarbanel *in Commentar. ad Jud. Cap. XIX.*

§. XI. Diſſentit iterum Nachmanides, & utroq; fidei pignore caruiſſe concubinas contendit. Munit verò & ipſe ſuam ſententiam auctoritate Talmudis. Sanè favent ei verba qvæ hodiè in eodem leguntur. Aſt hæc ipſa depravata eſſe, mentemq; veterum evertere prorſu-

ſus aſſerit Abarbanel. Gravioribus inde rationibus adductus adſtipulatur Jarchio. Namqve rerum ſuarum longè fuit conſultior Nachmanide, ut adeò erroris in veterum ſententiâ aut recitandâ aut explicandâ eundem accuſare, nefas ſit ſummumqve piaculum. Hunc prætereà tuetur ſententia Talmudis Hieroſolymitani, in qvo ita ſancitũ decretumq́; eſt, ut concubinam qvoqve ritè fuiſſe deſponſatam, inde haud obſcurè intelligatur.

§. XII. Qvis verò ſibi perſvadeat Davidem, integerrimum hominem, morumq́; honeſtate ac pietate cumprimis inclytum, aliosq́; vitæ ſanctitate celebres Viros, fœminas qvasdam ferino

pro-

propè ritu, ſine omni deſponſatione ſibi junxiſſe? Hinc ita ſententiæ ſuæ veritatem evicit Abarbaneſ, neminem utiq; ut latere qveat, qvid veteribus fuerit פילגש. Accedit illi Moſes Maimonides, cujus in Codice נשים *Cap. I.* hoc extat effatum; כל הבעל אשה לשם זנות בלא קרושין לקה מן התורה *Qui rē habet cum muliere, nomine ſcortationis, ſine Sponſalibus, vapulat in lege.* Tum demum crimen fuit atqve ſcelus conſveſcere cum fœminâ, ſi non interceſſerat deſponſatio. Hanc ergo non uſitatam modo, ſed prorſus neceſſariam fuisſe, qvoties פילגש ducebatur, inde liqvet.

B 5 Conſ.

Conf. Buxtorfius *de Sponſalibus & Divortiis p. 11. ſeqq.*

§. XIII. Et iſta qvidem me adduxêre ut Abarbaneli ſuffragarer. Abimelechum tamen crimine non levant. Liberos enim ex concubina procreatos ultimum in hæreditatibus adeundis tenuiſſe locum, aut ne quidem ad hæreditatem admiſſos fuiſſe, non eſt qvod ambigam. Haud difficulter mihi perſvadeo Hagarem pariter ac Kethuram Abrahamo fuiſſe inſtar פילגשים unde æqvo cum Iſaaco jure, paternas fortunas, illarum filiis neutiqvam fuiſſe conceſſas, deprehendimus. Inde verò & ſucceſſiones ſunt metiendæ, Magnumq; vel hoc nomine

mine ſcelus admiſit Abimelechus, qvod patrios mores qvi diuturno uſu legis vim induunt, migrare tam proterve, ſibi religioni non duxerit.

CAPUT III.

Σύνοψις

Prætextus rebellionis obſervatus ab Abarbanele. Qvinam ריקים *&* פחזים *dicantur. Occaſio cædis. In publicis congreſſibus Principum magna ſit cautio. An metus Abimelechum ad tantam crudelitatem impulerit? Digreſſio de conſervatione ſui ipſius: qvousqve hæc ſe extendat: it. de conſvetudine Tyrannorum illos interficiendi, qvos ſuis obſtare commodis putant.*

§. I.

Non caruêre eventu fraudulenta Abimelechi conſilia. Traxit ad partes ſuas Sichemitas vaniſſimos mortaliũ, rebusqve ſuis parum conſulentes. Hosce non voti qvo ſe obſtrinxerant religio, ſed illecebræ Abimelechi, ad tantum adduxere nefas. Ideò enim additur: כי אמרו אחינו הוא. Qvod qvidem Abarbanel ita interpretatur: וזכר שנטו אחריו כל בעלי שכם לא מפאת אביו מהנהג שעשו לו בענין הממשלה כי אם מפאת אמו וזהו כי אמרו אחינו הוא *Memorat autem* (Scriptura S.) *qvod Abimelecho ad-*

adhæſerint omnes Sichemitæ, non propter patrem ejus (ſcilicet Gedeonem) *voti religione adducti, qvo ſe obſtrinxerant, ad regnum ipſi poſteriſqve ejus deferendum: ſed propter matrem ejus & iſtud qvidem ſibi volunt hæc verba: Et dixerunt, frater noſter eſt.* Favet enim ſibi ipſi atqve, abblanditur improbitas. Nec facilè ſine excuſatione committuntur ſcelera. Generisq́; propinqvitas obtentui ſumebatur à Sichemitis, ut hoc tegumento falleret eò tutius dira & truculenta crudelitas.

§. II. Qvo promptior qvisq́; ad ſcelera & audacior, eò charior erat Abimelecho, aptiorq; habebatur, ut voti compotem

 eun-

eundem faceret. Parum omnino abeſt, qvin cum Catilinâ eundem contendam, de qvo Salluſtius: *omnium flagitioſorum atq; facinoroſorum circum ſe, tanqvam ſtipatorum catervas habebat: de Bel. Catil. Cap. XIV.* Hos egregiè expreſſit ſacer Spiritus dum אנשים ריקים ופחזים illos appellitat, qvos גברין סריקין ובסירן vocat Chaldæus Interpres. Hæc vis eſt vocis פחזים ſi Salomoni ben Melech credimus: פירוש כלים כלומר קלי הרעת *explicatur per leves, qvod qvoad intellectum leves ſint.* Kimchius ejusmodi inutilia terræ pondera intelligit, qvibus nulla certa ſedes, ſed agros ſilvasq; pererrant ex rapto vive-

vivere ſveti. Ita diſertè loqvitur: קלים ומתנעעים על טרפם שלא היה להם במה יחיו וגו׳ *Leves, hinc inde circumcurſitantes ad rapinas, eò qvod non habeant unde vitam tolerent. Comment. ad h. l.* Verbis Salluſtii, omnium optimè hos aliqvis delineaverit: Qvicunq; impudicus, adulter, ganeo, manu, ventre, pene, bona patria laceraverat, qviq; alienum æs grande conflaverat, qvo flagitium aut facinus redimeret; præterea omnes undiq; parricidæ, ſacrilegi, convicti judiciis, aut pro factis judicium timentes; poſtremo omnes qvos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat,

hi

hi Abimelecho proximi,familiaresqve erant.

§. III, Sceleri exeqvendo anſam ſuppeditabat conventus congresſusq; ſolennis fratrum, aut juſta Parenti perſolventiũ, aut de futuro rerum ſtatu, regniq; adminiſtratione conſilia capientium. Ita non immeritò ſuſpicatur Abarbanel : ואולי היו נקבצים להתאבל על אביהם או כדי לבאר הממשלה עם מי תהיה *Et fortasſis fuère congregati, ad lugendum Patrem ſuum, aut ad diſpiciendum de regno penes qvem futurum esſet.* Prudenter qvippe ſecum expendit Abarbanel, ejosmodi conventus inſidiis qvam maximè esſe obnoxios; adeoq; ſi unqvam

ſecu-

ſecuritati & ſaluti Principum accuratè proſpiciendum eſt, exqviſitam certè ſollicitamqve promerentur curã, qvoties ejusmodi muneris ſui funguntur partibus, qvæ magnam hominum poſt ſe trahunt multitudinem, qvæve teſtimonio aut applauſu & calculo plebis indigent. Disſerit hâc de re Förſtnerus *Not. in Tacit. Annal. lib. I. p. 131.*

§. IV. Aſt verò & metu qvodam ad iſtam occaſionem arripiendam impelli Abimelechus potuit. Non qvippe neſciebat aut omnes fratres tollendos, aut nullum. Sanè unicum Jothamum ſuperſtitem, illatæ cladis vindicem experturus fuisſet, ſi fortuna ejus ſuffragata fu-

isſet

iſſet voluntati. Omne medium hic in vitio ponitur. Omne extremum, laudabile. Ita ſenſit Alexander Farneſius, ſtrenuus ille Belgicæ libertatis oppugnator: *qvi gladium contra Principem ſtringit, ei vaginam eſſe abjiciendam.* v. Henricus Davila *lib. IX. Hiſt.*

§. V. Omnibus itaq; aut uno ictu pereundum erat, aut ſtultitiæ ſuæ gravisſimas dedisſet pœnas Abimelechus; ſi inconſultâ qvâdam & injuſtis regnorum uſurpatoribus perqvam intempeſtivâ miſericordiâ qvosdam ſervasſet, ad fratrum mortem ulciscendam, patriumq; regnum recuperandum, omnes cogitationes collaturos. Ex qvo enim ſpem imperii

perii ſemel animo conceperat, non alia illi patebat ſalutis via, quam per fratrum perniciem. Nunquam enim majori pretio clementia conſtat, qvam qvæ impertitur iis qvibuscum de regno eſt contentio. Romani Senatus aut ſtultitiam aut imprudentiam haud immeritò ridet prudens rerum æſtimator, qvod Cæſaris mortem haud iniqvè ferentes, exercitu deinceps cinxerint Octavianum, qvo nõ tantum renaſcentem ſupprimeret libertatem, ſed gravisſimas qvoq; ab hisce à qvibus potentiâ copiisq; auctus erat, pœnas ſumeret. *vid. Zevecotius in Sveton. Jul. Cæſar. p. 41.* Et iſtud qvidem eſt in propriam perniciem hoſtem armare.

Quare

Quare Abimelechus fratrum omnium cæde ſuæ proſpicere ſecuritati, è re ſuâ esſe duxit. Hoc ipſum verò non facilè licebat, niſi in unum eosdem locum coëgisſet inevitabile fatum, inde adeò ut novum robur accipiat iſtud qvod conjecit Abarbanel.

§. VI. Certè ſi conſilii ſui rationes ad Romani Pontificiis exigere decretum voluisſet Abimelechus, non dubito qvin eandem cum Carolo Andegavenſi accepisſet ſententiam, qvæ Conradini vitam Caroli esſe mortem pronunciavit. conf. Nauclerus *in Chronograph. vol. 2. Generat. 43. p. 969.* Nec ambigo qvin tanti fuisſet hoc oraculum Abimelecho, ut non

magis

magis illum qvam Carolum humanæ ſocietatis violatæ leges retardare potuisſent, qvo minus ſacrilegâ impietate innocentisſimos mortaliū è medio ſustulisſet. Non eqvidem deſunt qvi ex proprii commodi lege, laudare facinora immanisſima, cædesq́; truculentas conantur, & asſerere qvod nihil criminis aut vitii ſecum trahant, qvandoqvidem ad propriam ſalutem aut Reipublicæ tranqvillitatem, fuerint comparatæ: iniqvum prorſus esſe & ineptum rerum omnium æſtimatorem, qvi contendat, cum proprio periculo atq́; damno alterius vitæ atq́; fortunæ esſe conſulendum. Pereat omne iſtud, qvo ſalvo, mihi

ſalvum atq; incolumem esſe non licet. Hanc medelam excogitavit attulitq; atrocisſimo furori Caroli IX. Galliæ Regis Gabriel Naudæus, Vir ſi tantū probitatis habuisſet, quantum undiqve oſtentavit doctrinæ, prorſus incomparabilis. Etenim ne virtutis careret ſpecie inaudita iſta miſerorum cædes, qvam deteſtatus eſt univerſus orbis, omnisq; execrabitur poſteritas, hasce prudentioribus objicere nubes ex Galliæ Regis dignitate esſe arbitratus eſt. Nec enim magis Regem crudelitatis hîc accuſandum, contendit, qvam peritisſimum medicæ diſciplinæ artificem, unius aut qvorundam membrorum jacturâ, ab interitu homines

ven-

vendicantem. vid. Naudæus in *Coups d' Etat. p. m. 478.*

§. VII. In qvo qvidem cum falli neceſſe eſt. Jacturam enim partium membrorumqve qvæ à totius corporis propè abſit ruinâ, eandemq; poſt ſe trahat, ſi qvis ſvaſerit, næ! illũ mortalium imperitiſſimum eſſe oportet. Sane commodi noſtri, aut Reipublicæ agere curã ejusqve conſulere neceſſitatibus, tantum à crimine abeſt, ut in ſummâ etiam haud immeritò ponatur laude. Aſt qvem prava proprii commodi utilitas ultra juſti & honeſti, limites abripit, agitq; in transvorſum, licet vel maximè hoc tegumento prodeat, humani diviniq; violati juris crimen non poterit non ſubire.

§. VIII.

§. VIII. Faceſſant procul hæc vitiorum delinimenta, qvibus ad ingentia ſcelera certiſſima via ſternitur. Abimelechus verò & vitio caruisſet, ex horum præſcriptis ſi judicium fuisſet ferendum, & rei benè fortiterq; geſtæ ſibi peperisſet gloriam. Quod de Clodovæo Galliæ Rege cenſet Naudæus, haud ineptè de Abimelecho dixeris. Illum enim licet ut Galliæ Numen colat ac veneretur, dira, qvæ hominum afflavit animos ſuperſtitio, ita ut integritatem morum vitæqve ſanctitatem libro peculiari celebraverit Savaronus, longe rectius tamen eum hoc ſibi vendicare, autumat, qvod apud celebrem Vatem pronun-

tiavit

tiavit Scipio :

Si fas cædendo cœleſtia ſcandere cuiqvam,
Mi ſoli cœli, maxima porta patet :

§. IX. Negligens nimium hîc fuit Abarbanel, prætermittendo iſtud qvod vel maximè Tyrannorum eſt proprium, & divinitus haud obſcurè edocemur. Inter hoſce vel primum promeretur locũ Abimelechus. Nec enim uſitatius qvicqvam ſolenniusq́; eſt, qvam æmulorum extirpatione ſuam firmare potentiam. Dominandi namq; libido, gigantea magnitudine ceteros affectus omnes proſternit & proterit, unde ſane evenit, ut patribus filii time-

antur, & filii habere qvam expectare imperium malint: hinc fratrum freqventisſima odia, hinc jurgia, civilesqve diſcordiæ, & funeſtæ ſubinde cædes. *vid. Forſtnerus ad Annal. Tac. XV. c. 53.*

§. X. Eundo verò per Annales veteres recentioresqve, ſæpius nefandas haſce artes, à Tyrannis fuiſse freqventatas deprehendimus. Dionyſium Juniorem, poſtqvam agnatos fratrum ſuſtulisſet, etiam ipſos interfecisſe auctor eſt Trogi Pompeji Epitomaſtes Juſtinus; ut qvibus *conſortium regni debebat, ne Spiritus qvidem conſortium relinqveretur.* Lib. *XXI. cap. I.* De Parthis idem talia refert, haud difficulter inde ut colligas

gas in more poſitum fuiſſe, qvibusdam gentibus, uſuq́; apud eosdem comprobatū, à parricidiis nefandisq́ue ſceleribus, regnorum capere primordia. Qvod in legem propè abiiſſe, Plutarchus autumat, de Alexandri Succeſſoribus verba faciens: *Fratrum cædes ut poſtulata Geometræ ſunt, ſic concedebantur habebanturqve commune qvoddam poſtulatum & regium ad ſecuritatem. In Demetr. circa init.* Hosce mores, hæc arcana, ipſe eos edocere potuiſſet Alexander, cui parum erat Caranum ex novercâ fratrem ſuſtuliſſe è medio: qvin expeditioni Aſiaticæ ſeſe accingens, omnes Philippi gratiâ atqve favore ad ex-

celſiorem dignitatis gradum evectos, interfecit, ne qvid procul ſe agente, novi in Macedoniâ moliendi, facultatem illis relinqveret. *conf. Juſtinus lib. XI. Cap. V.*

§. XI. Qvam itaqve Trojanus Boccalini tradit atq́ve inculcat regulam ſecuritatis tranqvillitatisq́ve ſervandæ, æmuli ut qvocunque modo opprimantur, non tam Principem honeſta ſectantem, qvam Tyrannum ex imperandi libidine cuncta metientem, decere arbitror. Nec enim aliud promereri nomen Turcarum Imperatores, fatebitur, qvicunqve reputaverit ſecum, qvam miſera ſit liberorum conditio, qvos nec natalium ſplendor, nec

pul-

pulchritudo aut ingenii tuetur indoles, qvo minus inevitabilis omnes maneat aut mortis, aut exilii, certè captivitatis neceſſitas, præter illum qvi Patrem in imperio excipit. Teſtem habeo Augerium Busbeqvium, qvod ne liceat qvidem ſi maximè velint, Turcarum Imperatoribus, æmulos ferre, aut fratres ſervare, niſi perpetuis ſeditionũ periculis ſeſe ipſi exponere, perqve turpiſſimum ſervitutis genus, militum ſe ſubmittere libidini velint. *Epiſt. I. p. 38. conf. Boccalini Relat. Cent. II. 33.*

§. XII. Nihil ergo â Tyrannorum moribus per tot deinceps ſecula comprobatis alienũ fecit Abimelechus. Inexplebi-

lem regnandi cupiditttem vel fratrum exatiare ſangvine voluit. Ceterum Jothamus non per pueritiam ſuam longè innocentisſimam furorem Abimelechi declinavit,ſed,latebrarum qvibus tegebatur ope ereptus,ſalvus incolumisq́; evaſit. Hac de re qvæ disſerit Abarbanel,ad ea qvæ prolixiùs deduximus comprobanda faciunt : Hæc enim verba ויותר
יותם ira interpretatur : ואין
הכוונה שהרג שבעים מלבד
יותם כי הם כלם היו שבעים
לא עוד אבל רצה שנותר יותם
ממספר הע׳ ושלא נשאר
להיותו מרחם עליו בהיותו נער
כי אם לפי שנחבא *Non equi*

*qvidem hoc intendit, ac ſi interfe-
cerit ſeptuaginta fratres, præter
Jothamum: omnes enim in uni-
verſum cum Jothamo ſeptuaginta
numerô erant, non plures: Sed
iſtud innuit ſuperſtitem fuiſſe Jo-
thamûm ex ſeptuaginta illis fra-
tribus: Superſtes autem fuit, nō
ac ſi ejus fuerit miſertus Abime-
lech, qvod eſſet puer: Sed qvo-
niam fuit occultatus &c.* Idem
qvoqve ſentit *Salomoh ben Me-
lech in Commentar. ad h.l.* aliiqve
Hebræorum interpretes.

CAPUT IV.

Σύνοψις.

Comitia ab Abimelecho celebrata. De Loco conſecrationis Hebræorum ſententia. Conſvetudo Hebræorum confertur cum ritu qvodam Svecorum. In urbi-

bus celebrioribꝰ cur actus ſolennes peragantur : Vox regnandi, de Abimelecho quare adhibeatur. Latiſſima ſignificatio vocis PRINCIPIS apud Machiavellum. Ei reſpondet Hebræorum ממשלה *item* שררה. *Varia vocabuli PRINCIPIS apud veteres acceptio. Auguſtus cur hâc voce uti voluerit. Interdum idem eſt ac primus. Iterum eidem reſpondet Hebræorum* שררה *ex mente Abarbanelis. De Differentia Judicis & Regis in gente Hebræa opinio Abarbanelis. Sententia Hobbeſii de judicibus populi Iſraelitici refellitur. Abarbanelis confirmatur auctoritate Flavii Joſephi.*

Sen-

Sententia Petri Cunæi. Refellitur Bertramus. De primâ Unctionis origine ſententia Iſaaci Caſauboni. Quis primo inter Reges Iſraeliticos unctus? Sententia Abarbanelis. LXX. Interpretes excuſantur. Defenditur Abarbanel.

§. I. Cæde perpetratâ, regnū occupavit Abimelechus. Conveniunt Sichemitæ, & qvotqvot conſilia auſpiciaq; novi Principis ſeqvebantur. Ex veterum pariter ac recentiorum Germanorum more, eundem prima celebraſſe comitia diceres. Animos ſubditorum arctiori vinculo ſibi obſtringere, & ſolenni conſecratione majorem ſanctioremqve, & inviolabilem ſibi comparare au-

ctoritatem, id qvidem rebus ſuis omni jam ratione ſtabiliendis conducere, facilè intellexit. Frenare hiſce artibus atqve demulcere, & ad jugum ferendū componere, veneratione certè ſummâ implere, ſubditorum animos, jam pridem, didicerat. Vana miratur populus, rebusq; ludicris decipitur haud rarò, & ad Tyrannorum lubitum circumagitur. Exqviſitè cuncta perſeqvitur, qvicunq; demum divini Spiritus afflatu perculſus, res geſtas Abimelechi, memoriæ prodidit.

§. II. Locum autem regiæ conſecrationis deſignaturus, inqvit: עִם אלון מוצב אשר בשכם Non omnes ſanè vim

ſen-

ſententiamq; iſtius effati capiunt. Lutheri ſolertiam dexteritatemq; mirari ſemper ſoleo: non ratiò tamē, aut me omnia fallunt, ut ſecus ſententiam ſacri Codicis effert, ac ſanctæ lingvæ indoles permittit. Valde profectò vereor, ne idem hîc qvoqve ei contigerit. Luculenter rem totam edisſerere conabor. Qvæ enim vocis עַם vis & efficacia ſit haud intempeſtivè monet Kimchi pariter ac ben Melech. Idem n. eſt ac אֵצֶל *apud, juxta*, docente qvoqve Gerſonide *in Comment. ad h. l.* אֵלוֹן verò *planitiem* ſignificat, Per *Qvercum*, tranſtulit Lutherus. In qvo ſaltem optimorum interpretum ſententiæ refragatur. Hi vero nos

condocent, planitiem indigitari. Ita Chaldæus Paraphraſtes קמתא מישר Accedit Levi ben Gerſon : ר״ל אצל מישור שהציבו שם היה אבן או דבר אחר *Vult dicere: Planitiem, in qvâ lapidem aut aliud qvid conſtituerant.* Nec diſſentit R. Salomoh Jarchi, qvi Chaldaicam explicationem ita approbat, ut planitiem fuiſſe indicet, ſtatuis qvibusdam exornatam. Kimchius qvoqve & Salomoh ben Melech huic ſententiæ ſubſcribunt, qvorum recitare verba, operæ pretium non eſſe arbitror. De ultimâ tandem voce מוצב communi conſenſu aſſerunt, qvod ſtatuâ aut ſimili ornamento locus fuerit de-

decoratus: unde rurſus neutiqvam ex mente ſententiâqve Hebræorum hanc vocem à Luthero capi patet.

§. III. Quæ omnia ſi accuratius mecum volvam in memoriam mihi revocant ea qvæ Johannes Loccenius, Vir omni doctrinæ genere, gnaviter cultus, tradidit. Etenim Gothorum Sveonumq; Reges antiqvitus, in prato qvodam *Moraengh* dicto, regni ſui ſumpſiſſe auſpicia, ex antiqvis monumentis certior factus autumat. Saxum hîc maxime conſpicuum erat, ut adeò cum loco in qvo conſecratus eſt Abimelech9, exactè convenire videatur. conf. Loccenii *Antiqvitat, Sveo-Goth.p.31.*

§. IV.

§. IV. Πολιτικότερον istud eſt, qvod Abarbanel hîc ſuggerit: שהיה מקום מוכן להקבץ שם אנשים רבים *Qvod fuerit locus à multis freqventari ſolitus.* Hæc mens eſt doctiſſimi VIRI. Solennia qvippe, qvibus inſigniter qvandoqve augetur Principum exiſtimatio, in ejusmodi ut peragantur Locis fas eſt. Qvâ ratione adducti rerum civilium arbitri, in locis maximâ hominũ multitudine freqventari ſolitis ut Reges & eligerentur & recepto more conſecrarentur, conſultum duxerunt. Nec aliud Carolum IV. Imperatorem impulit, ut inſignes præcipuasq; Germaniæ urbes,

ex

ex more rituq; veteri, huic inſtituto maximè accommodatas cenſeret. conf. *Aur. B. c. 28. §. 5.* Fabulam enim, qvam de Aqvisgranenſi civitate, ab aliis acceptam propagavit Petrarcha *lib. I. Epiſt. III.* ceu jam pridem ab aliis exploſam, non curo. conf. Clariſſimi VIRI, Becmanni *Notit. Dignitat. Illuſtr. Diſſertat. IV. Cap. I. §. VII.*

§. V. Sed ad Abimelechũ nos revocant inſtituti Leges. Etenim de ipſius conſecratione ita verba facit Sacer Spiritꝰ:

וימליכו את אבימלך למלך

Hisce verò ſi Hebrææ lingvæ indolem parum attendas, iſtud indicatur, qvod *regnum detulerint*, Abimelecho. Suſpenſum dubi-

dubiumqve haud ſecus qvam par eſt, iſta res tenet Abarbanelem. Etenim qvi inter Reges referri potuit Abimelechus, qvippe qvorum primus tandem Saulus fuit? Ante iſtum qvi regni ſpeciem in gente Hebræa animo conceperit, næ! iſte turpiter fallitur.

§. VI. Hinc ita ſe expedit Abarbanel, ut non delibaſſe ſed exhauſiſſe, prudentiæ civilis fontes videatur: ומה שראוי שתדע הוא׳ כי עם היות שאמר כאן וימליכו את אבימלך הנה לפי האמת לא היה מלך ולא מנאוהו עם מלכי ישראל והכתוב אמר וישר אבימלך על ישראל.

ישראל׳ כי היה ענינו ממשלה ושררה לא מלכות׳ וזה כי המלכות לא תאמר בעצם ואמת כי אם כאשר יהיה שם משיחה והמלך הראשון שנמשח בישראל היה שאול׳ אבל נאמר כאן ובספר שופטים כלו מלך על צד ההעברה לכל שופט שוטר ומושל, *Hoc verò maximè ſcitu dignum eſt, qvod licet hic dicatur & regnare fecerunt Abimelechum reverà tamen Rex non fuit, nec inter Reges Iſraëliticos unqvam eſt relatus. Namq; & in ſcripturâ dicitur: (verſ. 23.) Et Principatum tenuit Abimelech ſuper Iſrael, Dominium ſanè & Principatus fuit, neutiqvam vero regnũ, iſtud*

iſtudq; ideo, qvod propriè verèqve regni nomen non adhibeatur, niſi acceſſerit unctio: Primus verò Rex qvi unctus eſt in populo Jſraelitico, fuit |Saul. Hic autem, ut & in libro Judicum vocabulū Regis impropriè ſumitur pro omni judice, Prætore, ac Domino;

§. VII. Utiqve Regis Principisq; nomina inter ſe differunt. Illi imperii ſum̄am, ritè acceptam, ſoli tenent nec alterius mandatis parent. Aſt Principes qvandoq; audiunt hi ipſi, qvi à Tyrannide propè abſunt. Non aliam Principis imaginem Nicolai Machiavelli animo obverſatam fuiſſe, arbitror. Adeoqve dum artes explicat qvibus ad potentiam acqvirendam, liber-

bertatemq́; aliorum opprimendam Princeps uti debeat, uſusq́; eſt Cæſar Borgias, infauſti Doctoris non melior alumnus, nihil aliud agit qvam qvod Ariſtoteles & Thomas de Aqvino, jam pridem præſtiterunt, Tyrannum æqvè ac juſtum Regē dum ſuis erudivere præceptionibus. Aſt Florentinus Doctor, ut ego qvidem arbitror non juſtum piumq́; Regem, ſed injuſtum regni alieni invaſorem delineat, quem Principis nomine, ob ampliſſimos latiſſimosq́; hujus vocis limites haud immeritò ſiſtit.

§. VIII. Nec aliud qvam injuſtam violentamq́; Dominationem intelligit Abarbanel, dum

dum ממלכה regnum qvidem denegat Abimelecho, eidem tamen שררה *Principatum*, vendicat. Ita enim frementes Hebræi hanc vocem uſurparunt, *Num. XIII. 13.* תשתרר עלינו. Iniqvè hi ferebant auctoritatē Moſis, Viri incomparabilis, & divino afflatu ad formandam fingendamq; Hebræorū Rempublicam concitati. Etenim qvod divina mandata obtentui ſumpſerit, ad regnandi cupiditatem exatiandam, ſi qvis cum Florentino Politico asſeverat, parum à ſcelere abeſt. Huic nihilo ſecius Hebræi, gens legibus nondum asſveta, futuræqve ignara felicitatis, *Principatus vel. dominii cujusdam* deſiderium tribuebant, ejusdem omnino

mnino criminis, cum Machiavello eundem reum peragentes. Inde vero intelligitur, שררה, qva voce utebantur Hebræi vel *Principatum*, qvem & Abemilecho tribuit Abarbanel parum à tyrannide abeſſe. Sanè fraudulenta regni occupatio, injuſta adminiſtratio, divini humaniq; Juris protervus contemptus, lugubris deniq; exitus, qvid aliud qvam Tyrannum longè latèq; oſtentant.

§. IX. Rurſus ſi ex antiqvo Romani ſermonis jure ſententia ferenda ſit, *Principis* vocabulum, ne, Regis qvidem adæqvavit auctoritatem, tantum abeſt ut idem ac Tyrannis æſtimari debuerit. De Auguſto

Ta-

Tacitus, *qvod cuncta diſcordiis civilibus feſſa, nomine Principis ſub imperium acceperit*, inqvit, *Annal. lib. I. cap. I.* A Regis qvippe nomine tituloq; Tarqvinii infauſto exitu deterritus ita adhorrebat, ut inſignem regnandi cupiditatem,non mitiori voce qvam Principis, tegere potuerit. Abiit iſta res in exemplum, multisq; deinceps ſeculis obtinuit, hoc nomine ut venirent,qvorum magna qvidem Regibusqve adæqvata erat poteſtas,auctoritasqve, aſt appellatione qvâdam manſvetiori mitiganda.

§. X. Antè Auguſtum enim hanc vocem huic inſtituto fuiſſe accommodatam,haud immeritò ambigitur. Eqvidem

pri-

primus qvisq; , quandoq; Principis nomine veniebat. *vid. Columella lib. XI. cap. II.* Interdum idem erat ac *præcipuus c. Roſinus Antiq. lib. VII. c. V.* inter milites qvoqve Romanos hunc titulum ſibi vendicabant, quorum præ ceteris ſpectata erat virtus, teſte Salmaſio *de Re Milit, cap. II.* Deniq; in foro, quorum præcipuæ in litiū disqviſitione erant partes, hoc Titulo ſeſe efferebant, qvos *Principes officii*, appellat Symmachus *lib. I. Epiſt. XX.*

§. XI. Ab omni itaq; oſtentatione aut ſuperbiâ cum Principis nomen alienum eſſet, Auguſtus non ſine inſigni calliditate hoc ipſo lenire irritatos & dominii impatientes animos

nimos, voluit. Exemplum ejꝰ ſecus eſt Tiberius, qvi Πρόκριτος τῆς γερουσίας ἤθελεν ὀνομάζεσθαι. *Princeps Senatus appellari voluit.* teſte *Xiphilino in Tiberio.* Significationesq; adeò ſecum ferme pugnantes vox iſta induit, ut in utrâqve interdum, in recentiorum militet caſtris. Nec aliter ſeſe res habet cum Hebræorum שררה qvod per ממשלה *ſ. Dominium*, Abarbanel explicavit. Huc cuncta redeunt, ut Tyranni qvandoqve & injuſti Rerumpublicarum invaſores Principes appellitantur, ita contra Regis interdum nomine veniunt, qvi judicum aut Præfectorum ſaltem titulum promerentur.

§. XII. Hoc verò ne qvenqvam

qvam fugiat, qvid Regem inter atqve Judicem interſit explicat Abarbanel: unctioneq́; eosdem potiſſimum differre autumat. Luculentius tamen hâc de re disſerit in *Præfat. in libr. Joſuæ* qvæ ut in compendium mittã, operæ pretium me facturum arbitror. Judicis namq́ve in eo quidem eandem fuiſſe cum Regibus conditionem contendit, quod ex Synedrii pariter ac totius populi conſenſu fuerint conſtituti, eadem illorum fuerit poteſtas bellum inferendi, qvod pœnis coërcere improbos etiã ejusmodi qvæ legibus non erant definitæ, Judici non minus qvam Regi licuerit; idem qvoq́; honor, eadem utriusq́; venera-

tio, quam illis denegare ſcelus ſummum erat morte ipſâ expiandum: denique juſtâ ac continuâ ſerie Judices pariter ac Reges ſe invicem excepêre.

§. XIII. Contra haud leve quoque inter eosdem intercedebat diſcrimen. Etenim & ſoleñi unctione conſecrari Regem oportebat; publicæqve rei negotia magis ex ſuo, qvam aliorum adminiſtrabat arbitrio, contentionibus privatorum ad alios rejectis, præterea divinæ præceptiones hunc in finem promulgatæ, ipſum præ ceteris obſtringebant, multisq́; modis privatorum excedere fortunam vivendiq́; conditionem illi jus fasq́; erat; ſucceſſio qvoqve re-

gni

gni ab ejus ſtirpe non niſi fraude atqve ſcelere poterat alienari. Quæ quidem omnia in judice ſecus ſeſe habebant.

§. XIV. Suâ ergo ſe vanitate prodit Malmesburienſis Philoſophus Hobbeſius, à Moſe, conditore Reipublicæ Jſraeliticæ longè prudentiſſimo ad Reges uſq; ſummam in gente Jſraëliticâ poteſtatem fuiſſe penes ſummos Sacerdotes, autumans de *Civit. Chriſti cap. XL.* Prætergvam enim, qvod ſecus ſe rem habuisſe Abarbanel doceat, inde qvoq; erroris convincitur homo magna ſapientiæ opinione lymphatus, qvod ſubinde de hâc ætate à divino dicatur Spiritu: *In diebus illis*

non erat Rex Jſrael, ſed unusqvisq; qvod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat conf. Jud. cap. XVII. XVIII. XIX. & XXI. Perinde enim eſt ac ſi dixisſet, defuisſe homines penes qvos ſumma poteſtas, ſummumqve rerum omnium esſet arbitriū, qvales qvidem initio poſt Moſen & Joſuam Judices, deinceps verò Reges fuêre. Summorum verò Sacerdotum ſeriem ſuccesſionemq; interruptam fuisſe non deprehendim9; nihilq; adeò magis à verò fuisſet alienum, quam de Anarchiâ ejusq; vitiis conqveri, cū ceu caput ac Princiqem ſummum Sacerdotem fuisſent venerati.

§. XV. Nec eſt qvod obtendat

dat jure ſummæ poteſtatis gaviſos fuiſſe Pontifices, licet ejusdem exercitio caruerint. Nec enim ſejungere talia à ſe invicem aut ſeparare licet. Saltem ineptum hoc foret, priusqvam eviceric Hobbeſius obſequium Pontificib⁹ denegaſſe Hebræos. Certè ſæpius repetitus idolorũ cultus, & proclivis ille in deteriora crimina lapſus mortuo judice, tantũ abeſt ut ullam Pontificum auctoritatem probet, ut potius evincat, omne jus omnéqve poteſtatem improbos atq; profanos coërcendi fuiſſe penes judices. His ergò mortuis, ſuo iterum arbitrio permiſſi profligatiſſimi mortalium, improbis cupiditatibus præſertim

verò ſuperſtitioni vaniſſimæ, habenas laxabant, noviſq; ſceleribus Numinis provocabant iram.

§. XVI. Pontificum autem ſi qvæ in rebus civilibus fuit auctoritas hæc ipſa tamen ſanctiſſimi muneris cohibebatur limitibus: ipſosq; plerumq; Judices & auctores & Defenſores habuit: Saltem præcipuorum civium partes illos ſuſtinuiſſe à vero non abhorret. Flavius Joſephus cuncta optimè complexus eſt: *Sub Moſe* inqvit; *& Diſcipulo ejus Jeſu, qvi tum exercitui cum imperio præfuit, optimates rem adminiſtrabant, poſt cujus mortem octodecim annos* τὸ πλῆθος ἀυτῶν ἀναρχία κατέχε,

popu-

Populum Anarchia habuit. Deinde rurſum ad priſtinam regiminis formam redierunt, eiq; qvi belli ſcientiâ & fortitudine præcelleret τῶ κτ πόλεμον, ἀρίςῳ &c. περὶ τῶν ὅλων δικάζειν ἐπιτρέποντες, *in univerſa jus dicere permiſere. lib. VI. Antiqvit. c. V.*

§. XVII. Conſentientem in eo nobiscum habemus longè Clarisſimum VIRVM Petrum Cunæum, Moſen Joſuamqve pari poteſtate, inſecutos fuisſe Judices, perhibentem, qvi præeundo edicendoq; Prætores dici Dictatoresq; poterant, etſi in ſacris annalibus judices appellantur, ratione haud multũ diverſâ. At Flavius Monarchas vocavit, quod nomen etiam Syllæ, Cinnæ, Marioq;, & aliis

Dictatoribus Romanis Græci dedêre. Hos judices in magnis motibus neceſſitas creavit: & compertum negotiis atq; periculis eſt, in bello feliciter illis rem ſemper proceſſiſſe, cum Regum temeritatem perſæpè fortuna deſtituerit. Fuit etiam cum iidem rebus civilibus intenti agerent, cauſasq; audirent, ſed graviores. Rarò enim pro tribunali ſedebant. Juſſus modo imperiumq;, & ſumma rei ad eos pertinuit. vid. Cunæus *de Repub. Hebræorum lib. I. cap. 12.*

§. XVIII. Bonaventuram Cornelium Bertramum autem parum ab errore abeſſe arbitror. Tempore belli enim Judices auctoritate maximè valuiſſe

iſſe cenſet; ſed poſt dimiſſos milites privatos vixiſſe. Qvo ipſo ſi aſſerat finitis bellis ſummum jus ſummamq; poteſtatem non fuiſſe penes judices, oppidò fallitur, ſecumq; ipſe pugnat. Adjicit enim: *Nonnunqvam etiam de politicis rebꝯ conſulebantur, qvarum videlicet deciſio difficilis eſſet: unde populus dicitur accurriſſe ad Deboram judicii ergò: Hinc fit ut judices dici potuerint per Antonomaſiam, qvòd de gravioribus & difficilioribus rebus judicarent, & de rerum ſummâ decernerent, tanqvã ſummi & ſupremi Magiſtratus, qvîq; ſummum illud imprimum, qvod Chananæi uſurpaſſent, ſibi aſſererent.* conf. Bertramus *de Repub. Hebr. cap. IX. p. 110*

§. *XIX.* Sane ſi ut ſuprem⁹ Magiſtrat⁹ ſummum ſibi asſeruêre imperiū, qvî ergo ſumma penes illos non fuisſet poteſtas ? aut qvi privati vivere potuisſent? Jephtam verò licet jus ſummum ſibi non attribuiſſe legamus, inde neutiqvam inferendum, qvod eodem caruerit; ſaltem inſignes reticentur caſ9, in quib⁹ ſummā exercere poteſtatē potuisſet. Rectius vero idem addit: *qvod autem de Abimelecho narratur prorſus tyrannicum fuit, neq; communi Jſraëlitarum conſenſu comprobatum.* Bertram9 *l. c. p. 112.*

§. XX. Abimelechum itaq; non niſi per qvandam translationem Regem vocari vel inde colligit Abarbanel quod

rite non fuerit unctus. Antiquiſſimis quippe jam temporibus uſitatum fuit, ut unctione vel unguenti affuſione, communi ſorte aliqvid eximeretur, & veneratio ac reverentia qvædam illi conciliaretur. Iſtud me docuit Jſaacus Caſaubonus in *Exercitat. XIV. ad Annales Baronii.* Etenim & ipſe Jacobus Jſraeliticæ gentis Progenitor feliciſſimus, lapidem qvo pro cervicali uſus eſt, hâc veneratione proſeqvitur. *Geneſ. cap. XXVIII.* Lapidesq; ungvine delibutos, ut loqvitur Apulejus, pagani in triviis coluerunt: qvos Clemens Alexandrinus λιπαροὺς λίθους vocat, obſervante eodem Caſaubono. Homerū quoq; unguentis delibutum ex

Republicâ ſuâ dimittit Plato, honoris & affectus teſtandi gratiâ.

§. XXI. Hunc morem circa naſcentis Reipublicæ Iſraeliticæ tempora ita invaluiſſe legimus, ut vaſa qvoqve ſacra hâc ratione à qvotidiano & vulgari uſu ſecernerentur: Sacerdotes verò non aliâ magis re qvã unctione muneribus ſacris admoverentur. Aſt verò qvod Reges attinet, non inconcinnè obſervat Abarbanel, ante Saulũ Regem, neminem ſacrâ unctione fuiſſe delibutum: Abimelechum verò hoc ipſo inter Reges neutiquam eſſe referendũ, quod ungento non fuerit conſecratus.

§. XXII.

§. XXII. Unde adeò liqvet, qvid de LXX. interpretum verſione cenſendum ſit, qvi ſextum verſiculum capitis IX, ita, transtulerunt: ἐπορεύθησαν τοῦ χρῖσαι τὸν Ἀβιμελὲχ εἰς βασιλέα. Haud difficulter in errorem graviſſimum hæc adducere qvenqvã poſſent. Quis enim inde ſibi non perſvaderet, unctum fuiſſe Abimelechum? Aſt ſecus ſentiet qvi verba Hebræi Textus ſecum expendit. Etenim ad Principatum ſoleñi ritu ei deferendum congregati ſunt Sichemitæ, ita quippe expoſuit hæc Abarbanel, neutiqvam verò ad unctionis ſacra peragenda. Nihilo ſecius unctionis tanta fuit veneratio, ut licet Regem un-

ctum nunqvam vidiſſent, crederent tamen, Regem ſine unctione non poſſe conſtitui: indeq; adeò evenit, ut pro qvacunq; conſecratione, jam tum ungendi vocabulum adhiberetur. Namq; & Jothamus ita loqvitur: *aliqvando iverunt arbores* למשח *ut ungerent ſibi Regem, i. e. ut conſtituerent.*

§. XXIII. Hæc ad vendicandam Abarbanelis ſententiam afferre placuit, ne qvis eum erroris reum faciat, dum Saulum inter Reges unguento primùm delibutum aſſerit. Aſt qvâ ratione unctio fuerit peracta alibi idem exponit, noſtrâque nunc parum refert. conf. *Præf.* Abarbanelis *in Joſuam*, Maimonides *in Hal. Melachim cap. I.*

M. An-

M. Antonius de Dominis *T. II. de Repub. Eccleſiaſt. lib. V. cap. V.* ut & Hubertus Morus *in Tract. de Sacris unctionibus.* Ab Hebræis ad Chriſtianos quo pacto hæc conſvetudo tranſierit, tradit Onuphrius Panvinius *de Comitiis Imperat. cap. II.* ubi vel ſub Juſtiniano, vel ſtatim poſt ejus obitum, ceteris ritibus hoc additum aſſerit: *ut cum primum Imperator renuntiatus eſſet à Patriarcha Conſtantinopolitano, in magnâ Byzantii Baſilica, oleo unctus, Diademate redimeretur.*

CAPUT V.

Σύνοψις.

Fiducia Jothami. Quæ ejus cauſa. Sichemitas cur בעלי שכם *appellitaverit? Officium Subditorum in quo conſiſtat. Satis*

coar-

coarctari neqvit ex mente Hobbeſii. Modus occultandæ veritatis per Apologos. Hunc ſecutus eſt Jothamus. De vero Apologi ſenſu ſententia Salomonis Jarchii. Refellitur ab Abarbanele. Explicatio ipſius Abarbanelis. Qvinam præ ceteris digni ſint, ſumma rerũ illis ut deferatur? De antiqvitate generis. Qvanti apud Græcos Romanosq́; fuerit æſtimata. Majorum imagines oſtentarunt Romani. Sententia Oflatharty obiter refellitur. Scriptorum Genealogicorum fabulæ de originibus familiarũ. Abarbanelis aſſertum firmatur rationibus. Periculum ex ignobilitate generis. Non tamen ſemper obſtat. Divitiarum

qvo-

qvoq; in electione Principis habendam rationem. Probatur rationibus. Expediatne hoc Reipublicæ? Divitum vitia: tum in Principibus, tum integris Rebus publicis. Divitias Principi non ſemper conducere probatur rationibus & exemplis. Contrarium defenditur juxta Abarbanelem. De recto divitiarum uſu ex mente Stoicorum. De illis qvi ſingulari artificio animos hominum ſibi obſtringunt. Qvinam ſint juxta Abarbanelem. Corporis habitus an huc pertineat? qvanti olim fuerit? Humanitas Principis: præcipuè ſibi obſtringit ſubditos: aſt non ſit ſine virtute: temperetur qvâdam ſeveritate. De Comitate: qvo-

qvoùsq; cum humanitate conveniat: an eadem ſit cum communitate: De benevolentiâ Subditorum acqvirenda. Cum Abarbanele confertur, Machiavellus. Hujus opinio prolixius recenſetur. Ἐπίκρισις *de hâc controverſia. Non facilè ex unâ virtute judicatur, qvis dignus ſit imperio.*

§. I. JOthamus periculo, quod illi una cum fratribus imminebat, exemptus, non impunè tantū, ſcelus iſtud ab Abimelecho perpetratum, ſed eundem qvoqve ex animi ſententiâ, rerum potiri, haud ſecus ac par erat, iniqvè ferebat. Suâ ergo innocentiâ cauſæq; juſtitiâ fretus, ſtultitiæ accuſat Sichemitas, cujus gravisſimas

ſimas mox daturi esſent pœnas,feralesq; ſimul & lugubres canit prædictiones. Magnâ commisſi criminis pœnitentiâ, noviq; imperii faſtidio qvin oratio Jothami eos compleverit, vix eſt, qvod ambigam. Augebat metum loci, in qvo conſtitutus erat, ſanctitas & veneratio. Montem qvippe conſcenderat, verba facturus, unde diras imprecationes denuntiari profanis hominibus, ex divinæ legis præſcripto,moris erat. Sive loci religione tutum ſe exiſtimaverit Jothamus, ſive ad horrorem Sichemitis incutiendum eundem ſelegerit,mihi quidem perinde eſt.

§. II. Certe obſeqvii limites

temerè

temerè adeò migratos illis ſtatim exprobrat, dum eos בעלי שכם *Dominos Sichem*, vocat. Non quippe ſine gravi ratione hoc factum eſſe Abarbanel autumat: ולא אמר אנשי שכם' כי אם בעלי שכם' לומר כי הם בעיניהם ארוני העיר *Non dicit*, Viri *Sichem*, *ſed: Domini Sichem, hoc ipſo indicaturus qvod in oculis ſuis eſſent Domini civitatis.* Quæ quidem ſi accuratius expendantur ſubditorum nobis officia muneraqve haud obſcurè ſiſtunt. Etenim cum dominiũ omne exuant, qvicunq; imperio alterius ſeſe ſubmittunt: ita haud immeritò iſtud recuperaturi cen-

ſen-

ſentur, qvicunq; divinis humaniſq; conculcatis legibus obſequia denegant Principi. Hoc ergo qui ſibi ſumunt, tantum abeſt ut ſubditorum nomine veniant, ut potius ſummam auctoritatem penes ſe esſe ſibi perſvadeant. Etenim nihil magis ſecum pugnat, quã ſubditum esſe ſimulque reluctari Principi, vel in ejus cum hoſte conſpirare mortem. Simul ac alterius imperio ſe qvis ſubjicit, facultatem quoque dominandi judiciumq; de alterius actionibus ferendi exuit. Quicquid juris aut facultatis habuit, iſtud jam tranſtulit in alium, nulloq; titulo uſurpare denuò poteſt.

§. III. Hiſce veſtigiis inſiſtens

ſtens Thomas Hobbeſius, adeò arctis limitibus ſubditorum jura circumſcribit nihil utiq; libertatis ut illis relictum ſit. *conſ. Hobbeſ. de Civ. cap. VI.* Utut vero auctoritati Regum ita conſuluiſſe, quibusdam videatur, multum ut detrahatur de ſubditorum libertate, nihil tamen aut à ratione aut Numinis mandato alienum arbitratus eſt. Etenim qui Subditorum judicio Principes ſubjicit, aliud quidem nihil agit, quam ut inconditatæ feræ frena laxet, vinculaque rumpat, ut deinceps per Regum cædes, facinoraq; nefanda, per clades & incendia, & regnorum triſtisſimas ruinas, ad extremam perniciem, rerumque omniũ contur-

turbationem graſſari queat.

§. IV. Inviolabilis Principũ auctoritas unicum eſt vinculũ, quo humanæ ſocietatis ſalus continetur: eſt fulcrum firmiſſimum, cui regnorum gentiumque tranqvillitas innititur: hoc ergo quoties concutitur ac commovetur, omnia miſceri rerumq; humanarum disſolvi compagem neceſſe eſt. A fluxis perverſisq; mortalium moribus ut ſe tueatur atq; defendat, hosce qvidem coërcet atq; componit, redigitq; in ordinem illimitata ejusmodi poteſtas; nec enim internis motibus finis modusq; ceteroquin ſtatui potuiſſet. Quam rem divum Paulum, Numinis afflatu perculſum adduxiſſe arbitror,

ut

ut tum demum Subditos ſuas explesſe partes cenſeat, ſi Imperatoribus omnibus, Principibusque, ſuus honor, ſua conſtiterit, auctoritas. Hæc igitur qui inſuper habent perditisſimi mortalium, non eſt quod aliud, quam æternum ſibi polliceantur dedecus. Tales omnino fuisſe Sichemitas non rectius indicare Jothamus poterat, quam vocando eos בעלי שכם homines officii ſui oblitos, frenumq; mordentes, ac inconſulto ac impio conatu dominium arripientrs, quod cum ſemel familiæ Gedeonis delatum erat, ſui non poterant amplius arbitrii facere.

§. V. Quæ plerisque non tantum Orientis ſed totius orbis

bis populis recepta fuit conſvetudo, involucris artificioſè tegendi veritatem, hanc qvoqve à ſuo inſtituto non alienā duxit, Jothamus. Menenium T. Livius memoriæ prodidit, Apologo de humanis membris adverſus otioſum ac prodigum ventrem conſpirantibus, clariſſimè expoſuiſſe ſtultum plebis conſilium, eandemqve ab Aventino retraxiſſe monte. *Lib. II. Dec. I. p. m. 203.* Cumano autem Regi, nonnemo Procerum ſvaſit exemplo canis, Maſſiliam, cui urbi condendæ Rex locum dederat, finitimis populis exitio futuram *c. Juſtinus lib. 43. cap. IV.* Sanè imaginibus ejusmodi facilè capiuntur plebejorum

E animi,

animi, atqve permulceantur, qvippe ſenſuum potius, qvam intellectus commercio aſſveti. Hinc ergò rapiuntur facillimè, & ad oratoris lubitum circumaguntur. Plura vid. apud Petrum Danielem Huetium de *Origine Fabularum Romanenſiu circa initium.*

§. VI. Profundiora quædam prudentiæ civilis arcana, hac Jothami oratione tegi, non dubitat Abarbanel. Hæc verò ut eruat atqve recludat, id quidem omni ope nititur. Initio refellit Salomonem Jarchium

כתב רשי שזפר הזית משל
עתניאל בן קנז שבא משבט
יהודה שנאמר עליו זית רענן יפה
פרי

פרי תואר׳ והביא התאנה רמז לדבורה הנביאה׳ ולזה אמר בה את מתקי שהוא דבש הדבורים׳ ושזכר הגפן רמז לגרעון שהיה משפטו יוסף שנ׳ בן פורת יוסף בן פורת וגו׳ ותרגמינן כגופן דנציב על עינא רמיא ויקשה לזה כי עתניאל ודבורה וגרעון לא שאלו מהם ישראל שימלכו עליהם ולא אמרו הם שלא ירצו בממשלה כדרכי המשל אבל בפעל משלו בישראל

Et R. Salomoh Jarchi quidem autumat, quod olea παραβολικῶς referenda ſit ad Athnielem filiũ Kenas, qui oriundus eſt ex tribu

Jehuda, *qvippe de qva dicitur* (Jerm. XI. 15.) *olea viridis pulchraq́ ob fructum & aſpectum.* (ita enim hic verſiculus eſt explicandus ex mente Salomonis ben Melech) *Qvod autem de ficu affert, hoc ipſo ſignificat DeboramProphetiſſam; propterea enim dicit: Dulcedinem meam i. e. mel apum* (eſt elegans verborum luſus inter דבורים & דבורה) *tandem qvod vitem memorat, hoc repræſentat Gedeonem, qvi fuit ex tribu Joſeph de qvâ dicitur:* (Geneſ. XLX. 22) *Filius vitis Joſeph eſt, filius vitis &c. qvod ita reddit Thargum: ceu vitis plantata ſuper fontem aqvarum. Huic tamen ſententiæ obſtat, qvod ab Athniele pariter ac Deborâ & Gedeone nunqvam*

peti-

petierint Iſraëlitæ, ut regni habenas capeſſerent, nec illi unqvam delatum ſibi dominium recuſarunt, qvod tamen Parabola innuit, ſed actu Principatum tenuerunt in gente Iſraelitica.

§. VII. Qvæ profectò ejusmodi ſunt, ut haud difficulter omnibus perſvadeant, à vero prorſus abhorrere expoſitionem Jarchi. Jam quid ipſe ſentiat, ita ediſſerit : ואחשוב אני בזה שיותם כיוון לומר במשליו שהממשלה והמלכות ראוי שתנתן בעצם ובראשונה לנכבדים ממשפחה רמ׳ כי היחס הוא הראוי למלוכה ולממשלה ושכאשר לא ימצא אדם נכבר ומיוחס

ומיוחס למשול ראוי שיבחרו
באדם עשיר כי עם היות שעשרו
בידו ולא יועיל ממנו לאחרים
אין ספק שמפני עשרו הוא הראוי
למלוכה׳ וכמש ובביתי אין לחם
ואין שמלה לא תשימוני קצין
עם׳ וכאשר לא ימצא אדם
נכבד בטבעו ולא ג״כ אדם
עשיר ראוי שיבחר באיש
המשמח והמקבל כל אדם
בסבר פנים יפות מפאת מדותיו׳
אם הוא טוב ומטיב במזגו
כי הנה העם ראוי שימשך אז
אחריו׃ *Ego verò ita arbitror, quod ſcopus Jothami ſit, Apologo hâc demonſtrare, conveniens esſe,*

ut

ut præcipuè & primo qvidem regnum aliqvod deferatur honoratioribus, & ex illuſtri familia oriundis; proſapia enim digna eſt qvæ regno & dominio admoveatur: qvod ſi verò ex clara & illuſtri ſtirpe non qvis reperiâtur, cui ſumma rerum committi posſit, tum demum divitis in electione habenda eſt ratio: licet enim tenax ſit divitiarum, nec in alios inde commodi qvid redundet, dubium tamen non eſt, qvod vel ob divitias dignus habeatur imperio; qvorſum qvidem pertinet, qvod (Eſa. III. v. 7.) *dicitur: in domo meâ nec panis eſt nec veſtis, ne qvæſo conſtituatis me Ducem populi: Qvod ſi verò nec homo illuſtris familiæ, nec dives adſit, tum demum conveniens eſt ut eligant*

ligant hominem, qvi gratum ſe acceptumq́ populo præſtare poteſt, omnesq́ hilari & benigno recipiat vultu propter egregias virtutes ſuas, ſive etiam qvod ipſe hilari indole præditus ſit, perqve temperamentum ſuum, in alios perbenignâ: promeretur enim talis, ei ut populus adhæreat.

§. VIII. Cum varia ſint fortunæ pariter ac naturæ munera, nec omnibus facilé unus abundet, ſollicitos maximè ſuſpenſosq; civilis prudentiæ arbitros tenuit iſtud, qvibus præcipuè præcellere debeant, qvi ad gentium diſpenſanda fata vocantur Principes. Nonnullos res fortiter geſtæ, tecti cædibus campi, & infecta victoriis maria nobilitant, aſt illi ad pa-

cis

cis artes inepti,nec tractare ritè Rempublicam,nec æqvis,ut par eſt, eam temperare legibus didicerunt. Non rarò illis dedecori eſt aut paupertas, aut generis obſcuritas,ut nunqvam tot ſui habeant admiratores, ut non plures detractores nanciſcantur. Contra opibus affluunt alii, aut generis nobilitate eminent, ſed ignaviâ aut imperitia committunt, majorum gloria ut obſcuretur penitus ac obſoleſiat, ſummisq; honoribus ipſi reddantur indigni.

§.IX. Hic vero Abarbaneleſem non ſine ſummo ingenio explanare video atqve definire, qvæ in ambigo poſita haud temerè quis exiſtimaverit. Cuj⁹

bus procreari decantata adeò & pervulgata eſt ſententia , ut non niſi qvodam naturæ errore ſecus fieri, nonnulli credant. Jam antiqvitus tanti erat generis oſtentare claritatem , ut in regnis non certior ad imperium via , in liberis civitatibus, non certior, ad ſervitium, haberetur.

§. X. Hinc & Cornelius Nepos, caſtiſſimus pariter ac prudentiſſimus Scriptor, antiqvitatem generis gloriamq; Majorũ, cum inſigni Miltiadis modeſtiâ laudat. *in vitâ Mitiad. c. I.* Perinde ac tanti fuerit eâ ætate proſapiæ claritas, difficulter admodum ut modeſtiæ coërceri limitibus potuerit. Ejusmodi

 enim

enim virtutem intelligit, qvæ ſuperbiæ ac ambitioni opponitur, qvamve in M. Antonino Philoſopho deprædicat Julius Capitolinus *in vita ejus cap. VI.* Sane ſuperbiam Salluſtius *ingenitum nobilibus malum* vocavit: ut adeò tantò magis laudandus veniat Miltiades, qvantò arctiori vinculo, vitium qvo caruit, cum virtute qvâ eminuit, eſt conjunctum.

§. XI. Si Romanorum pariter ac Græcorum nunc evolvere annales fas eſſet, nullam rem pluris fuiſſe, qvam generis nobilitatem ac antiqvitatem, haud difficulter evincere poſſem. Alexander Macedo, qui in fortitudinis pariter ac ambitionis maximum exemplum

apud

apud poſteros abiit, non ſemel Herculem atq; Achillem Majores ſuos jactitavit. Hæreditario iſtud jure, una cum regno ab eodem accepiſſe arbitror, Philippum Perſeumq; ultimos Macedoniæ Reges. De hiſce enim Silius Italicus:

Hic gente egregius, veteriſq; ab origine regni,
Æacidum ſceptris, proavoque tumebat Achille.

Lib. IV. Eleg. ult.

§. XII. Romani verò ad faſtidium usq; titulos imaginesque Majorum oſtentabant. Salluſtius gravius nihil exprobare Mario poterat, quam qvod Majorum careat imaginibus, ſitq; adeo ex infimâ atqve obſcurâ plebe. *de Bello Jugurthin.*

p. m. 104. Contra Plinius Juliũ Genitorẽ vix majoribus condecorare laudibus poteſt, quã dum pluribus majorum imaginibus eundem oneratum, dicit *Lib. III. Epiſt. III. p. m. 155.* Hanc generis oſtentationem ipſa prodebant atria, majorum imaginibus ſuperbientia: mortuisq; hic demum honor maximus ſtatuebatur, ſi plures funꝰ imagines comitarentur. Tradunt hoc veteres pariter ac recentiores, interq; illos Cicero *lib. II. de Oratore*, Polybius *lib. VI.* Appianus *de bello Civili lib. II.* Tacitus *lib. III. & IV. Annal.* Horatius *lib. V. Carm. 8.* Martialis *lib. II. Epigram. 70.* Ovidius *lib. I. Amor. Eleg. 8.* Plinius *H. N. lib. 35. c. II.* inter hos Lipſius *in*

Elect.

Elect. lib. I. c. 29. Kirchmannus *de Funerib. Rom. l. III. cap. VII.*

§. XIII. Nec in reliqvis orbis gentibus generis antiquitati aut claritati ſua defuiſſe pretia, vel hodierna teſtatur adulatio, inepta qvandoq; & ridicula, quæ tum demum Principum Virorumq; illuſtrium rectè ſeſe conſuluiſſe ambitioni credit, ſi ab ultimis retrò Seculis proſapiæ ſtirpisq; originem repetat. Ecquid enim aliud egit, quam ut ſe ridendum omnibus propinaret, Rodericus Oflaharty, in *Ogygiis ſuis* ſive *Originibus rerum Hibernicarum*, erroris accuſans ſapientisſimũ Platonis effatum, cujus mentionem injecit Seneca *Epiſt. 44. neminem Regum non eſſe ex ſervis*

vis oriundum, contra demonſtraturus : *in antiquiſſimâ Regum Hibernorum proſapiâ, in rectâ lineâ ad Adamum usque nullum reperiri ſervum.*

§. XIV. Unum delirare ſatis erat. Aſt video plures alios ejusmodi errore in transvorſum agi. Parum omnino abeſt, quin hoc morbo laborare arbitrer, quotquot ad illuſtrium familiarum origines evolvendas animũ adjecerunt. Wolfgangus Lazius, neſcio, quem mortalium longe ineptiſſimum refellit, qui ab Abrahamo, atq; Noacho, Auſtriacæ gentis originem arceſſere auſus erat. *Hiſt. Auſtriac. lib.I.* Fallitur autem quisquis opinatus fuerit, Nauclerum atque

Vo-

Volaterranum mitiorem promereri ſententiam. Nimirum ſordet hisce, quicquid non Trojanam gentem, Trojanaq; tempora redolet. Petrus Lambecius verò adeò hoc ſibi perſvaſit, pœnas graviſſimas ipſi ut dederit Caſpar Scioppius, roboratam multorum auctoritate ſententiam, dum in dubiū vocare auſus eſt. *vid.* Lambecius *lib. II. de Bibliotheca Vindobon. p. 49.*

§. XV. Piget tædetq; aliorum recenſere commenta. Hinc verò majusne dedecus, an ornamentum, Principum accedat natalibus, haud immeritò ambigo. Iſtud meâ nunc præcipuè refert, ut concludam colligamq;, generis antiqvitatem

rem ubivis gentium conſpicuam fuiſſe atque inſignem; iſtâque florentes, jure quaſi ſuo primum inter eos tenere locũ, quibus regni imperiique ſpes affulget. Et iſtud quidem eſt quod contendit Abarbanel, & ex Jothami Apologo ſolerter efficit.

§. XVI. Nec ratione deſtituitur. Cum enim ſingulari & propè incredibili affectu populus hosce proſequatur, qui naſcendi conditione eminent, tranquillitati vero regnorum, tum demum rectè conſulatur, cum benevolentia magis quã metus ſubditos in officio continet: Reipublicæ ſaluti non melius proſpici poſſe, quam ejusmodi hominibus ſummam

rerum

rerum concredendo, palam eſt. Peſtis quippe regnorum, & extrema pernicies eſt, Principis contemptus. Non facilius verò quam generis ignobilitate auctoritas omnis in diſcrimen adducitur. Auguſto Imperatori proſpero licet rerum ſuceeſſu fruenti, nec felicitas inuſitata, nec virtus mûnimento fuit, quo minus generis obſcuritatem, novitatemque, ei exprobraret Marcus Antonius; maternamque originem unà cum Caſſio ita deſpiceret, ut matris proavum unguentariã exercuiſſe tabernam eidem objiceret. *vid.* Svetonius *in Aug. c. II. & IV.*

§. XVII. Non ducitur ratione populus. Cœcè rapitur im-

impetu, vanâq́; perſvaſione a-
ctus mox in amorem, mox in o-
dium leviſſimâ de cauſâ im-
pellitur. Qvis ergò miretur,
tanti esſe generis nobilitatē?
Firmant hæc ſententiā Abar-
banelis ſtabiliuntq́; , non faci-
lè ut quisquam ſecus ſentire
queat. Non diffiteor, ignobiles
obſcurosq́; homines, ad ſum-
mum felicitatis & fortunæ fa-
ſtigium perveniſſe: nec adeò
erroris arguo Æneam Sylvium
asſerentem: *Sæpe tonſoris filios
Regis defungi honore vidimus.
De Europâ cap. VI.* Idq́; plu-
rima Hiſtoricorum documen-
ta comprobant, ſedulò conge-
ſta à Valerio Maximo *lib. III. c.
IV.* Helladio *apud Photium Cod.
279.* Freinshemio *Not. in Curt.
lib.*

lib. IX. cap. II. Nec quenquam facilè fugiunt Dionyſii, Agathoclis, Atarnæ, Pori, Bradyllis exempla, aſt tot fortunæ caſibus fatisque prorſus ſingularibus illuſtria, neutiqvam ut in prudentiæ regulas, præceptionesq;, abire queant.

§. XVIII. Ceterum Abarbanel generis antiqvitati ita favet, ut virtutis tamen rationem potius habendam eſſe cenſeat. Nec enim tam expers quisqvã eſt omnis cognitionis, ut non intelligat, ex Reipub. commodo atque tranquillitate, omnia eſſe metienda. Quare jam ex mente Abarbanelis alterum à nobilibus locum tenent, opulentiores, fortunisq; ac divitiis florentes. Et hunc vel divina-

rum

rum litterarum fretus teſtimonio, illis tribuit. *conſ. Eſa. III. v. 7.* Creſcit utique cum opibus plerumq; auctoritas & exiſtimatio, qvâ ad populum regendum, & in obſeqvio continendum, aptius nihil eſt aut convenientius. Spurium Melium ex eqveſtri ordine prædivitem Virum T. Livius memorat, cum per adverſum frugibus annum, ingenti fame atq; inopiâ Romanus premeretur populus, rem utilem quidem, aſt peſſimo exemplo pejoriq; conſilio aggreſſum eſſe, frumentiq; largitione adeò ſibi devinxiſſe populi animum, ut ad altiora qvoqve & non conceſſa tendere, oppreſſâque civium libertate, novum con-

condere regnum non dubitaret. Livius *Dec. IV. Lib. I. p. m. 71.*

§. XIX. Unde palam eſt, privatorum immodicas opes liberæ civitati perquam eſſe pernicioſas. Nihil enim æquè, ad capesſendum, pariter ac obtinendum, imperium conducit. Expediat ne autem Reipub. ſummam Rerum ut iſti teneant, quos ad excelſius faſtigium opes evexêre, ut arbitratur Abarbanel, id qvidem eſt quod me ſollicitum habet. Florentisſimas Reſpublicas per immodicas divitias, pesſundatas atq; everſas fuisſe accepimus. Spartanorum vero Reſpublica tam diu ſalva incolumisq; fuit, quamdiu ex ſaluberrimâ Ly-

curgi

enim virtutem intelligit, qvæ ſuperbiæ ac ambitioni opponitur, qvamve in M. Antonino Philoſopho deprædicat Julius Capitolinus *in vita ejus cap. VI.* Sane ſuperbiam Salluſtius *ingenitum nobilibus malum* vocavit: ut adeò tantò magis laudandus veniat Miltiades, qvantò arctiori vinculo, vitium qvo caruit, cum virtute qvâ eminuit, eſt conjunctum.

§. XI. Si Romanorum pariter ac Græcorum nunc evolvere annales fas eſſet, nullam rem pluris fuiſſe, qvam generis nobilitatem ac antiqvitatem, haud difficulter evincere poſſem. Alexander Macedo, qui in fortitudinis pariter ac ambitionis maximum exemplum

apud

apud poſteros abiit, non ſemel Herculem atq; Achillem Majores ſuos jactitavit. Hæreditario iſtud jure, una cum regno ab eodem accepiſſe arbitror, Philippum Perſeumq; ultimos Macedoniæ Reges. De hiſce enim Silius Italicus:

Hic gente egregius, veterisq; ab origine regni,
Æacidum ſceptris, proavoque tumebat Achille.

Lib. IV. Eleg. ult.

§. XII. Romani verò ad faſtidium usq; titulos imaginesque Majorum oſtentabant. Salluſtius gravius nihil exprobare Mario poterat, quam quod Majorum careat imaginibus, ſitq; adeo ex infimâ atque obſcurâ plebe. *de Bello Jugurthin.*

p. m. 104. Contra Plinius Juliū Genitorē vix majoribus condecorare laudibus poteſt, quā dum pluribus majorum imaginibus eundem oneratum, dicit *Lib. III. Epiſt. III. p. m. 155.* Hanc generis oſtentationem ipſa prodebant atria, majorum imaginibus ſuperbientia: mortuisq; hic demum honor maximus ſtatuebatur, ſi plures funꝰ imagines comitarentur. Tradunt hoc veteres pariter ac recentiores, interq; illos Cicero *lib. II. de Oratore*, Polybius *lib. VI.* Appianus *de bello Civili lib. II.* Tacitus *lib. III. & IV. Annal.* Horatius *lib. V. Carm. 8.* Martialis *lib. II. Epigram. 70.* Ovidius *lib. I. Amor. Eleg. 8.* Plinius *H. N. lib. 35. c. II.* inter hos Lipſius *in*

Elect.

Elect. lib. I. c. 29. Kirchmannus *de Funerib. Rom. l. II. cap. VII.*

§. XIII. Nec in reliqvis orbis gentibus generis antiquitati aut claritati ſua defuisſe pretia, vel hodierna teſtatur adulatio, inepta qvandoq; & ridicula, quæ tum demum Principum Virorumq; illuſtrium rectè ſeſe conſuluisſe ambitioni credit, ſi ab ultimis retrò Seculis proſapiæ ſtirpisq; originem repetat. Ecquid enim aliud egit, quam ut ſe ridendum omnibus propinaret, Rodericus Oflaharty, in *Ogygiis ſuis* ſive *Originibus rerum Hibernicarum*, erroris accuſans ſapientisſimũ Platonis effatum, cujus mentionem injecit Seneca *Epiſt. 44. neminem Regum non esſe ex ſervis*

Volaterranum mitiorem promereri ſententiam. Nimirum ſordet hisce, quicquid non Trojanam gentem, Trojanaq; tempora redolet. Petrus Lambecius verò adeò hoc ſibi perſvaſit, pœnas graviſſimas ipſi ut dederit Caſpar Scioppius, roboratam multorum auctoritate ſententiam, dum in dubiũ vocare auſus eſt. *vid.* Lambecius *lib. II. de Bibliotheca Vindobon. p. 49.*

§. XV. Piget tædetq; aliorum recenſere commenta. Hinc verò majusne dedecus, an ornamentum, Principum accedat natalibus, haud immerito ambigo. Iſtud meâ nunc præcipuè refert, ut concludam colligamq;, generis antiqvitatem

rem ubivis gentium conſpicuam fuiſſe atque inſignem; iſtâque florentes, jure quaſi ſuo primum inter eos tenere locũ, quibus regni imperiique ſpes affulget. Et iſtud quidem eſt quod contendit Abarbanel, & ex Jothami Apologo ſolertes eſſcit.

§. XVI. Nec ratione deſtituitur. Cum enim ſingulari & propè incredibili affectu populus hosce proſequatur, qui naſcendi conditione eminent, tranquillitati vero regnorum, tum demum rectè conſulatur, cum benevolentia magis quã metus ſubditos in officio continet: Reipublicæ ſaluti non melius proſpici poſſe, quam ejusmodi hominibus ſummam

rerum

rerum concredendo, palam eſt. Peſtis quippe regnorum, & extrema pernicies eſt, Principis contemptus. Non facilius verò quam generis ignobilitate auctoritas omnis in diſcrimen adducitur. Auguſto Imperatori proſpero licet, rerum ſuccesſu fruenti, nec felicitas inuſitata, nec virtus mûnimento fuit, quo minus generis obſcuritatem, novitatemque, ei exprobraret Marcus Antonius; maternamque originem unà cum Casſio ita deſpiceret, ut matris proavum unguentariã exercuisſe tabernam eidem objiceret. *vid.* Svetonius *in Aug. c. II. & IV.*

§. XVII. Non ducitur ratione populus. Cœce rapitur im-

impetu, vanâq; perſvaſione actus mox in amorem, mox in odium levisſimâ de cauſâ impellitur. Qvis ergò miretur, tanti esſe generis nobilitatẽ ? Firmant hæc ſententiã Abarbanelis ſtabiliuntq; , non facilè ut quisquam ſecus ſentire queat. Non diffiteor, ignobiles obſcurosq; homines, ad ſummum felicitatis & fortunæ faſtigium perveniſſe : nec adeò erroris arguo Æneam Sylvium aſſerentem : *Sæpe tonſoris filios Regis defungi honore vidimus. De Europâ cap. VI.* Idq; plurima Hiſtoricorum documenta comprobant, ſedulò congeſta à Valerio Maximo *lib. III. c. IV.* Helladio *apud Photium Cod. 279.* Freinſhemio *Not. in Curt.*

lib.

lib. IX. cap. II. Nec quenquam facilè fugiunt Dionyſiii, Agathoclis, Atarnæ, Pori, Bradyllis exempla, aſt tot fortunæ caſibus fatisque prorſus ſingularibus illuſtria, neutiqvam ut in prudentiæ regulas, præceptionesq; abire queant.

§. XVIII. Ceterum Abarbanel generis antiqvitati ita favet, ut virtutis tamen rationem potius habendam eſſe cenſeat. Nec enim tam expers quisqvã eſt omnis cognitionis, ut non intelligat, ex Reipub. commodo atque tranquillitate, omnia eſſe metienda. Quare jam ex mente Abarbanelis alterum à nobilibus locum tenent, opulentiores, fortunisq; ac divitiis florentes. Et hunc vel divinarum

rum litterarum fretus teſtimonio, illis tribuit. *conf. Eſa. III. v. 7.* Creſcit utiq́ue cum opibus plerumq́; auctoritas & exiſtimatio, qvâ ad populum regendum, & in obſeqvio continendum, aptius nihil eſt aut convenientius. Spurium Melium ex eqveſtri ordine prædivitem Virum T. Livius memorat, cum per adverſum frugibus annum, ingenti fame atq; inopiâ Romanus premeretur populus, rem utilem quidem, aſt peſſimo exemplo pejoriq́; conſilio aggreſſum eſſe, frumentiq; largitione adeò ſibi devinxiſſe populi animum, ut ad altiora qvoqve & non conceſſa tendere, oppreſſâque civium libertate, novum con-

condere regnum non dubitaret. Livius *Dec. IV. Lib. I. p. m. 71.*

§. XIX. Unde palam eſt, privatorum immodicas opes liberæ civitati perquam eſſe pernicioſas. Nihil enim æquè, ad capesſendum, pariter ac obtinendum, imperium conducit. Expediat ne autem Reipub. ſummam Rerum ut iſti teneant, quos ad excelſius faſtigium opes evexêre, ut arbitratur Abarbanel, id qvidem eſt quod me ſollicitum habet. Florentisſimas Respublicas per immodicas divitias, pesſundatas atq; everſas fuisſe accepimus. Spartanorum vero Respublica tam diu ſalva incolumisq; fuit, quamdiu ex ſaluberrimâ Lycurgi

curgi lege cives vixerunt, & paupertas duriorq́; diſciplina medelam attulit periculoſisſimis, qui ultimam illis plerumq́; attrahunt perniciem, morbis.

§. XXI Fœcunda ſane luxuriæ, omniumque ſcelerum, mater eſt omnium rerum abundantia, quæ quo magis expetitur atq́; fovetur, eò gravius nocet. Teſtis hujus rei eſt Florus, Romanæ Reipub. ruinam, depravatosq́; mores, non aliunde magis deducens: *Syria*, inquit, *prima nos victa corrupit, mox Aſiatica Pergameni Regis hæreditas: illa opes atq; divitiæ afflixêre ſeculi mores, merſamq; vitiis ſuis qvaſi ſentinâ Rempub. pesſundedere. lib.* III. *cap.* XXII. Conſentientem ſibi habet Salluſtium

luſtium : *Poſtqvam divitiæ honori eſſe cœperunt, & eas gloria, imperium, potentia, ſeqvebatur: hebeſcere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malivolentiâ duci cœpit· in Bello Catilin. cap. XII.* Eadem qvoqve eſt ſententia Livii *Dec. III. lib. IX.* Tum ſane declinavit morum ſanctitas, præcipitiqve lapſu cuncta ruebant in pejus, dubitandum omnibus ut eſſet, majusne victis an victoribus, damnum eſſet illatum.

§. XXI. Qvæ ergo integras Respublicas evertunt, dejiciuntq; à priſtino fortunæ & virtutis gradu, opes divitiæqve, quidni Principes, rerumque Dominos in transvorſũ agant? Si tantum ſceleris vitiiq; ſecũ

trahunt immenſæ opes, ecqvis ſibi perſvadeat, Principum hoc veneno non afflari animos? Tanto autem periculoſius ab hiſce peccatur, quanto proclivius ad illorum exempla ſe componunt ſubditi. Nunqvã ferè non â rectâ hic deflectitur ſemitâ. Aut enim inexplebiles Regum cupiditates non extingvunt, ſed excitant augentque divitiæ, jure meritoq; de illis ut aſſeratur, qvod de Ptolomæo Cypri Rege Valerius Maximus dixit, *non illum poſſediſſe divitias, ſed à divitiis fuiſſe poſſeſſum, titulo qvidem Regem Inſulæ, animo pecuniæ miſerabile fuiſſe mancipium lib. IX. cap. IV.* aut etiã in profundendis opibus, nec finem nec modum ſtatuunt:

luxu-

LIBRARY

luxuriâq; & voluptatibus enervati, quicquid habuerunt priſtinæ virtutis, id omne perdunt, hoſtiumq; adeò libidini exponuntur. Accedit, quod, obſervante Hieronymo Oſorio, Algarbienſiū qvondam doctiſſimo Præſule, divitiæ quas imbelles homines posſident, cupiditatem aliorum vehementius irritent, multoque acrius excitent, bellorumq; adeò omniū materiem præbeant. *conf.* Oſorius *de Regis Inſtitut. & Diſciplina lib. VII. p. 211.*

§. XXII. Hæc vero tanti non esſe arbitror, ut disſentiam ab Abarbanele. Fruſtra enim miniſtrorum fidelem ſibi qvisqve pollicetur operam, illis ſi eſuriendum ſit. Opes divitiæq;

& hinc profecta munera ad fidem, ad promptitudinem & alacritatem omnes excitant: hoſtium arcana recludunt: exterorum qvoq; amicitiam conciliant: provincias ſubigunt, hoſtes debellant, urbes expugnant, qvicqvid aſperum & inſuperabile videbatur, planum & expeditum reddunt. Hisce muniuntur imperia, levantur magnis oneribus ſubditi, regnique neceſſitatibus ſubvenitur. Nulla unqvam ætas tacebit illum Principem, qui Imperatorium recuſavit nomen, ſaltem quod opes ſuas impares eſſe animadverteret, ad refrænandũ Barbarorum impetum, tantiq; faſtigii dignitatem, vitæ ſplendo-

re ac

re ac magnificentiâ adæqvandam.

§. XXIII. Ineptus vero nimis eſt atque imprudens, inde ſi qvis opes divitiasq; à Principe faceſſere jubeat, quod immodico & ſtulto illarum uſu, nonnulli in transvorſum fuerint acti. Vel Stoicorum decretis hi parum ſapiunt. *Divitias apud Sapientem in ſervitio, apud ſtultum in imperio eſſe* Seneca dixit, *lib. de Beata vita c.26.* Epictetus verò ſectæ illius æternum decus, in Enchirido: *μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ ὡς ὁ ποὺς ὑποδήματος. Ἂν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον. ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι. Modus poſſeſſionis unicuiq; corpus eſt, ut pes*

calcei. Si in hoc conſiſtas modum ſervabis: ſin excedas, tanquam in præceps cetera feraris necesſe eſt. Epictet. *in Enchirid. cap. 61.*

§. XXIV. Jam ſi nec nobilium nec divitum ea ſit conditio, ſumma rerum illis ut concredi poſſit, tum demum ad illos accedendum Abarbanel ſvadet, qvi gratia populi florent, ejusq; aucupari favorem didicerunt. Talis enim eſt quem delineat: המשמח והמקבל כל ארם בסבר פנים יפות מפאת מרותיו. Humanitatẽ enim qvæ benigno hilariq; plerumq; vultu ſeſe prodit, omnesq; in amorem ſui rapit, atq; occultâ abſconditâq; vi qvâdam impellit,

Hebrææ

Hebrææ gentis Doctores appellare conſveverunt : ספר פנים יפות Juxta tritum iſtud R. Schammai in Pirke avoth : הוי מקבל את כל האדם בסבר פנים יפות *Eſto recipiens qvēvis hominem cum aſpectu vultus pulchri, i.e. ſereni, hilaris, benigni.* Cujusmodi qvidem vultum plerumq; homines ſuarum virtutum conſcii præ ſe ferre conſveverunt, unde etiam addit : מפאת מדותיו

§. XXV. Nullus vero dubito qvin hoc effato Abarbanel illos quoq; intellexerit, qvi corporis pulchritudine eminent, & vel hâc ipſâ facilè plebis amorem gratiamq; ſibi conciliant. Sanè

 non

non barbarorum duntaxat, ut Curtius cenſet *lib. V. c. VI.* ſed hominum etiam omnibus artibus atq́; diſciplinis gnaviter cultorum eſt, majeſtatem corporis venerari, magnorumq́; operum illos capaces putare, qvos eximiâ ſpecie natura donavit. Ariſtotelis, maximi auctoris ſcitum eſt, ſi qvi naſcantur, tantò aliis corpore excellentiores, qvantò ſimulachris hominum antecellunt Deorum imagines, dignos videri reliqvos, qui his ſerviant. *Lib. VII. Polit. cap. XIV.* Euripides εἶδος ἄξιον τυραννίδος vocavit, qvod in Ariobarzane mirabantur Armenii, ut hunc ſibi Regem præfici cuperent: qvod in Trajano deprædicat

Plinius,

Plinius, firmitatem ac proceritatem corporis, oriſq; dignitatem, longè latèque hunc oſtentaſſe Principem referens, *in Panegyr. cap. VI. p. m. 6.* De Galba Tacitus: *ætas ejus & iriſui & faſtidio erat, aſſuetis juventæ Neronis, & Imperatores formâ ac decore corporis, ut eſt mos vulgi, comparantibus. Hiſtor. lib. I. cap. VII.*

§. XXVI. Aſt corporis dignitati, niſi comitas illa humanitasque, ab Abarbanele hîc deprædicata, fuerit juncta, præſidio ſane maximo in expugnandis hominum animis, deſtituitur. Hæc mentibus mortalium ſola ferme dominatur, & qvicqvid callidisſimis artibus, ipſisq; exqviſitisſi-

 mis

mis tormentis, imperviurn eſt ac inacceſſum, huic ſoli patet. Principibus viris hæc virtus adeò ſolennis fuit & quaſi propria, ſine illâ ut populum regere ſupra mortalium vires eſſe exiſtimaverint. Hanc in Romanæ Urbis Patribus Livius *lib. V. III. & VII. Dec. I.* in Auguſto & Tito Svetonius, *in Aug. c. LIII. & Tito c. VIII.* in Druſo Cornelius Tacitus, *Hiſtor. lib. V.* in Attico Cornelius Nepos ſummis in coelum extulêre laudibus. *Nepos in vit. Att. c. XV.* Et Alexander qvidem charũ æqvè ac venerandum omnibus ſeſe reddidit, cultum habitumqúe paululum à privato abhorrentem uſurpando, corporisqve

exer-

exercitatione gregariis ſe adæqvando militibus. Curtius *lib. III. cap. VI.*

§. XXVII. Hanc verò benevolentiæ captationem, niſi aut vera comitetur virtus, aut certè virtutis opinio, tantū abeſt, judice Abarbanele, ut voti compotē aliquē faciat, ut potius contemptum ei attrahat gravisſimaq; pericula. Timiditatis enim, animiq; ſibi ipſi non conſtantis, documentum certiſſimum præbent iis, qui rectius cuncta æſtimare didicerunt. Quare & comitatem ſeveritate qvadam temperandam eſſe, Tullius gravis mihi ſanctusq; auctor eſt Scævolæ in multâ ſeveritate nō defuiſſe comitatem, in *Bruto,*

inqvit. Et ad Qvintum Fratrem: *Hæc illius ſeveritas acerba videretur, niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur.* Sextum quoque Aufidium laudat *lib. XII. Epiſtol.* hoc nomine: *Eſt,* inqvit, *ita temperatis moderatisque moribus, ut ſumma ſeveritas cum humanitate jungatur.* De Theodoſio Aurelius Victor: *Miſcere colloqvia, ſermone cum gravitate jucundo.* Et in fructu quidem temperamenti hujus longè uberrimo, æſtimatione apud inferiores, amore apud pares demonſtrando, cum Abarbanele egregiè conſentit Cornelius Tacitus: *Triſtitiam & arrogantiam exuerat; nec illi, qvod eſt rariſſimum, aut facilitas auctoritatem, aut ſeveritas amo-*

rem

rem deminuit. in vita Agricol. cap. IX. n. 4.

§. XXVIII. Qvem itaqve comem nonnulli dicunt, eundem & communem alii appellitarunt, non alio qvidem diſcrimine, qvam quod ad hunc omnibus æquè aditus pateat, nemini que vitæ quotidianæ commercia deneget, ille autem aut erga pares, aut certè paucos ſaltem talem ſe exhibeat. Arctiſſimo autem vinculo cum iſtæ virtutes inter ſe jungantur, Hiſtoricorum pariter ac Poëtarum judicio, utraq; aut alterutrâ ſane omnes illos inſtructos fuiſſe deprehendimus, quos ad gentium diſpenſanda fata, natura finxit formavitq;. Ipſum certè Auguſtum in hunc

F 7 rede-

redegit ordinem Ovidius:

Ipſe Pater Patriæ, (qvid enim communius illo?)
Suſtinet in noſtro carmine ſæpius legi.

Triſt. 4. 4. 39. Qvinctiumqve Conſulem mediam tam exactè tenuiſſe viam, Titus Livius auctor eſt, *ut Patres ſatis ſeverum Conſulem, plebs ſatis communem crediderint. Dec. IV. lib. X.* Svetonius quoque Veſpaſianum com̃uniſſimum appellitat. *cap. XXII.* Hunc in modum Petrus Chryſologus Adelphum humilibus ſe *facere communem* dicit *Serm. 136.* Sidonius Apollinaris, ejusdem ſeculi Scriptor Simplicium *in ſermone communem appellitat lib. VII. Epiſtol. 9.*

§. XXIX. Iſtud verò meâ

nunc

nunc parum refert. Concludam potius colligamq́; , non faciliorem unquam ad hominum ſibi devinciendos animos, imperiumq́; ſtabiliendum fuiſſe viam, quam iſtam magnorū Virorum ſive comitatem, ſive communitatem. Et iſtud qvidem eſt, qvod Abarbenel docet, hiſce quidem jure meritoq́; locum concedendo, inter illos, quibꝰ regia, ut deferatur dignitas, par eſt. In quo quidem utut conſentientem ſibi habeat Nicolaum Machiavellum, aliis tamen præceptionibus ſuum Principem inſtruit Florentinus Politicus, ut amorem pariter ac venerationem ſubditorum, ſibi acqvirere poſſit. Fruſtra enim ſubditorum affectum amoremq́;

calcei. Si in hoc conſiſtas modum ſervabis: ſin excedas, tanqvam in praceps cetera feraris necesſe eſt. Epictet. *in Enchirid. cap. 61.*

§. XXIV. Jam ſi nec nobilium nec divitum ea ſit conditio, ſumma rerum illis ut concredi poſſit, tum demum ad illos accedendum Abarbanel ſvadet, qvi gratia populi florent, ejusq; aucupari favorem didicerunt. Talis enim eſt quem delineat: המשמח והמקבל כל אדם בסבר פנים יפות מפאת מרותיו. Humanitatē enim qvæ benigno hilariq; plerumq; vultu ſeſe prodit, omnesq; in amorem ſui rapit, atq; occultâ abſconditâq; vi qvâdam impellit,

Hebræ

Hebrææ gentis Doctores appellare conſveverunt : ספר פנים יפורת Juxta tritum iſtud R. Schammai in Pirke avoth :

הוי מקבל את כל האדם בסבר פנים יפורת *Eſto recipiens qvēvis hominem cum aſpectu vultus pulchri, i.e. ſereni, hilaris, benigni.* Cujusmodi qvidem vultum plerumq; homines ſuarum virtutum conſcii præ ſe ferre conſveverunt , unde etiam addit : מפאת מרותיו

§. XXV. Nullus vero dubito qvin hoc effato Abarbanel illos quoq; intellexerit, qvi corporis pulchritudine eminent , & vel hâc ipſâ facilè plebis amorem gratiamq́; ſibi conciliant. Sanè

 non

non barbarorum duntaxat, ut Curtius cenſet *lib. V. c. VI.* ſed hominum etiam omnibus artibus atq; diſciplinis gnaviter cultorum eſt, majeſtatem corporis venerari, magnorumq; operum illos capaces putare, qvos eximiâ ſpecie natura donavit. Ariſtotelis, maximi auctoris ſcitum eſt, ſi qvi naſcantur, tantò aliis corpore excellentiores, qvantò ſimulachris hominum antecellunt Deorum imagines, dignos videri reliqvos, qui his ſerviant. *Lib. VII. Polit. cap. XIV.* Euripides εἶδος ἄξιον τυραννίδος vocavit, qvod in Ariobarzane mirabantur Armenii, ut hunc ſibi Regem præfici cuperent: qvod in Trajano deprædicat

Plinius,

Plinius, firmitatem ac proceritatem corporis, orisq́; dignitatem, longè latèque hunc oſtentasſe Principem referens, *in Panegyr. cap. VI. p. m. 6.* De Galba Tacitus: *ætas ejus & irriſui & faſtidio erat, asſvetis juventæ Neronis, & Imperatores formâ ac decore corporis, ut eſt mos vulgi, comparantibus. Hiſtor. lib. I. cap. VII.*

§. XXVI. Aſt corporis dignitati, niſi comitas illa humanitasque, ab Abarbanele hîc deprædicata, fuerit juncta, præſidio ſane maximo in expugnandis hominum animis, deſtituitur. Hæc mentibus mortalium ſola fermè dominatur, & qvicqvid callidisſimis artibus, ipſisq́; exqviſitisſi-

 mis

mis tormentis, impervium eſt ac inacceſſum, huic ſoli patet. Principibus viris hæc virtus adeò ſolennis fuit & quaſi propria, ſine illâ ut populum regere ſupra mortalium vires eſſe exiſtimaverint. Hanc in Romanæ Urbis Patribus Livius *lib. V. III. & VII. Dec. I.* in Auguſto & Tito Svetonius, *in Aug. c. LIII. & Tito c. VIII.* in Druſo Cornelius Tacitus, *Hiſtor. lib. V.* in Attico Cornelius Nepos ſummis in coelum extulêre laudibus. *Nepos in vit. Att. c. XV.* Et Alexander qvidem charū æqvè ac venerandum omnibus ſeſe reddidit, cultum habitumque paululum à privato abhorrentem uſurpando, corporisqve

exer-

exercitatione gregariis ſe adæqvando militibus. Curtius *lib. III. cap. VI.*

§. XXVII. Hanc verò benevolentiæ captationem, niſi aut vera comitetur virtus, aut certè virtutis opinio, tantũ abeſt, judice Abarbanele, ut voti compotẽ aliquẽ faciat, ut potius contemptum ei attrahat gravisſimaq; pericula. Timiditatis enim, animiq; ſibi ipſi non conſtantis, documentum certiſſimum præbent iis, qui rectius cuncta æſtimare didicerunt. Quare & comitatem ſeveritate qvadam temperandam eſſe, Tullius gravis mihi ſanctusq; auctor eſt Scævolæ in multâ ſeveritate nõ defuisſe comitatem, in *Bruto,*

 inqvit.

inqvit. Et ad Qvintum Fratrem: *Hæc illius ſeveritas acerba videretur, niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur.* Sextum quoque Aufidium laudat *lib. XII. Epiſtol.* hoc nomine: *Eſt,* inqvit, *ita temperatis moderatisque moribus, ut ſumma ſeveritas cum humanitate jungatur.* De Theodoſio Aurelius Victor: *Miſcere colloqvia, ſermone cum gravitate jucundo.* Et in fructu quidem temperamenti hujus longè uberrimo, æſtimatione apud inferiores, amore apud pares demonſtrando, cum Abarbanele egregiè conſentit Cornelius Tacitus: *Triſtitiam & arrogantiam exuerat; nec illi, qvod eſt rariſſimum, aut facilitas auctoritatem, aut ſeveritas amo-*

rem

rem deminuit. in vita Agricol. cap. IX. n. 4.

§. XXVIII. Qvem itaqve comem nonnulli dicunt, eundem & communem alii appellitarunt, non alio qvidem diſcrimine, qvam quod ad hunc omnibus æquè aditus pateat, nemini q; vitæ quotidianæ commercia deneget, ille autem aut erga pares, aut certè paucos ſaltem talem ſe exhibeat. Arctisſimo autem vinculo cum iſtæ virtutes inter ſe jungantur, Hiſtoricorum pariter ac Poëtarum judicio, utraq; aut alterutrâ ſane omnes illos inſtructos fuisſe deprehendimus, quos ad gentium diſpenſanda fata, natura finxit formavitq;. Ipſum certè Auguſtum in hunc

redegit ordinem Ovidius :

Ipſe Pater Patriæ, (qvid enim communius illo?)
Suſtinet in noſtro carmine ſæpius legi.

Triſt. 4. 4. 39. Qvinctiumqve Conſulem mediam tam exactè tenuisſe viam, Titus Livius auctor eſt, *ut Patres ſatis ſeverum Conſulem, plebs ſatis communem crediderint. Dec. IV. lib. X.* Svetonius quoque Veſpaſianum com̃unisſimum appellitat. *cap. XXII.* Hunc in modum Petrus Chryſologus Adelphum humilibus ſe *facere communem* dicit *Serm. 130.* Sidonius Apollinaris, ejusdem ſeculi Scriptor Simplicium *in ſermone communem appellitat lib. VII. Epiſtol. 9.*

§. XXIX. Iſtud verò meâ

nunc

nunc parum refert. Concludam potius colligamq; , non faciliorem unquam ad hominum ſibi devinciendos animos, imperiumq; ſtabiliendum fuisſe viam, quam iſtam magnorū Virorum ſive comitatem, ſive communitatem. Et iſtud qvidem eſt, qvod Abarbenel docet, hisce quidem jure meritoq; locum concedendo, inter illos, quib9 regia, ut deferatur dignitas, par eſt. In quo quidem utut conſentientem ſibi habeat Nicolaum Machiavellum, aliis tamen præceptionibus ſuum Principem inſtruit Florentinus Politicus, ut amorem pariter ac venerationem ſubditorum, ſibi acqvirere posſit. Fruſtra enim ſubditorum affectum amoremq;

amoremq;

moremq́; hunc ſibi polliceri asſerit, quem aut avaritia, aut alia, quibus laborare cenſetur, crimina, odio contemptuiq́ue jam pridem expoſuerunt. Aſt vitiorum omnium nemo mortalium expers eſt. Hic ergo optimus erit Princeps, populũ in eam qui adduxerit opinionem, quod omnibus careat. Hoc autem tegendo, & occultando, disſimulandoq́; demum obtinetur, ut liberalitatis nomine ſuperbiat prodigalitas, pietatisq́; imaginem ſuperſtitio induat, & ſeveritatis titulo emineat crudelitas. Ex hisce virtutum ſimulacris componit formatq́; Principem ſuum Florentinus Doctor, ut pulchrè deceptus populus amore ac vene-

veneratione eum proſequatur, quem exactius ſi noſſet, non poſſet non habere odio. *vid.* Machiavellus *in Princ. cap. XXI.*

§. XXX. Aſt faceſſant iſta artificia, circumforaneis jampridem uſitata, ſed lubrica & præcipitia, nec ullo hactenus proſpero eventu nobilitata. Humanitas comitasq; enim, ut innoxia eſt ac infucata, ita ſine ambagibus ac perplexo dubioque circuitu eò præſtantiſſimos Viros facilè deducit, quo ex Machiavelli diſciplina, non ſine magno multipliciq; diſcrimine eniti potuiſſent. Rectiꝰ iſtud à Florentino Politico pronuntiatum eſt, ejusmodi plerumq; in illorum cerebro, qui res civiles pertractant Princi-

pum

pum imagines naſci, quas nulla unquam gens, nullusq́; populus vidit. Parum omnino abeſt quin Abarbaneli qvoqve hoc contigerit.

§. XXXI. Licet enim vel maxime tria ſint hominum genera, quibus præ ceteris ex judicio ſententiaq́; plebis Principatus, regiaq́; debetur dignitas, quæ præeunte mihi Abarbanele enumeravi, comprobante quoque ejus ſententiam Hieronymo Oſorio Epiſcopo Algarbienſi, *loco ſupra cit.* nunquã tamen hiſce fortunæ aut naturæ muneribꝰ, quisquam præditus eſt, ut non aut vitiis gravioribus oneratus, nec divitiis nec generis adjuvetur antiquitate, aut virtute ſingulari pollens

lens hiſce fortunæ præſidiis ac ornamentis non indigeat, vel ut eadem inter ſecundi ordinis regnandi inſtrumenta referat.

§. XXXII. Multum ergo ſplendoris, fateor, hæc omnia afferunt: ſed tot perplexis rerum dubiarum ambagibus Regum ſucceſſiones plerumque præpeditæ ſunt, ut ſi quis ſolâ generis antiquitate, vel opibus tantum fretus, Principatum ambierit, næ! illum civilium rerum indolē, exploratam parum cognitamq; habere oporteat. Neq; verò diffiteor, plebem ex antiquitate generis, opibus, ac humanitate Principes plerumq; metiri, indeque ex ejus opinione hæc protulisſe

liſſe Jothamum, ac Abarbanelem prolixius ediſſeruiſſe.

CAPUT VI.

Σύνοψις.

Virtutum pariter ac vitiorum certa eſſe ſigna. Characteres Theophraſti. Philoſophiæ moralis pars σημειοτική. De cognoſcendis hominum moribus qui ſcripſerint. Characteres morum diverſi. Eleganter exprimuntur à Poëtis, exemplo Horatii. Hebræos quoq; ars iſta non latuit. In Oratione Jothami Characteres Nobilium, Divitum, Demagogorũ. Explicatio Abarbanelis. illuſtratur. Alios eſſe hominum mores per naturam, alios per fortunam. Hinc diverſi quoq; iſtorum characteres. Per fortunam

tunam mutari hominum mores probatur. Utrum natura an verò fortunæ in mutandis hominum moribus major ſit efficacia.

§. I. NAturam indolemque virtutum aut vitiorũ non tantum præceptis monitisq; tradidere veteres; ſed imitatione quoque aut delineatione eorum, quæ homines hâc aut illâ virtute vitiove inſignes dicere facereve, aut potuerunt aut conſveverunt, non rarò ob oculos ponunt. Theophraſtus Ereſius, optimus Peripateticæ diſciplinæ alumnus, in elegantiſſimo libello, cujus partem ſub χαρακτήρων ἠθικῶν titulo nomineq; hodie amplectitur eruditus orbis, exemplar ſpecu-

ſpeculumque morum poſteris reliquit, in quo virtutis vitiiq; notas, quilibet intueri poſſet. Hanc artem ex certis ſignis notisq; de virtutibus vitiisq; hominum, judicium ferendi, Seneca χαρακτηρισμὸν appellavit, ejusq; eo uſque extendit limites, ut *ex inceſſu etiam, ex manu mota, ex uno interdum reſponſo, ex relato ad caput digito, ex flexu oculorum, ex riſu, ex vultu deniq; habituq;*, morum argumentum capiat. c. Seneca *Epiſtol. LII.* Conſentit Cicero Lib. I. Offic. *Magna ſæpe ex parvis intelliguntur, magnaq; ſignificatio fit, ex nimia celeritate greſſus, non adeſſe conſtantiam.*

§. II. Etenim ut Medicinæ quandam partē quæ σημειωτικὴ appel-

appellatur, ab Hippocrate quoque initio libr. προγνωστικῶν memoratã, nonnulli conſtituunt; interq́; eos Caſpar Peucerus *de divinationum variis generibus p. 283.* quæ ſigna, ſanam aut ægrotam aut inclinantem corporis conſtitutionem arguentia, eorumq́; differentias expendit: nihil quoq́; impedire aliis perſvaſum eſt, quo minus moralis prudentiæ partem quandã σημειωτικὴν faciant, quæ, quoad fieri licet, ſigna quibus mores affectusq́; hominum manifeſtantur, afferat, eorundemque cauſas & uſum oſtendat. Hanc ſanè morum cognoſcendorum diſciplinam, ſi accuratius homines coluisſent, dubium non eſt, quin unusquisque inter quoti-

quotidiana vitæ humanæ commercia, melius ſibi proſpicere, animiq́; aut curare, aut mitigare morbos posſet. Cum magna enim non tantum delectatione, ſed & utilitate hanc artem conjunctam esſe, haud difficulter largior Cornificio, vel quisquis auctor eſt Rhetoricorum ad Herennium. Naturam enim aut glorioſi, aut timidi, aut avari, tam accuratè nobis ſiſtunt hi characteres, deformitas vitiorum, aut pulchritudo virtutum, nunquam ut luculentius pateſcat, quam per ejusmodi εἰκονισμοὺς repræſentata.

§. III. In moribus itaq́; hominum variisq́; illorum ſtudiis detegendis, dijudicandisq́;, cũ maximè verſetur, non inconcinne

cinnè ἰϑολογίαν à Poſidonio hanc artem vocatam fuiſſe accepimus; cujus licet Polemo qvoq; & Adamantius Sophiſta, multiqve veterum, non fuerint expertes, nimis tamen generalia eosdem tradidiſſe, confuſoq; ſæpius modo, qvicqvid habent bonæ frugis, fuiſſe complexos, aliorum eſt ſententia. Noſtrâ demum ætate Italia ut præſtantiſſimos ſemper homines tulit, produxit, Scipionem Claromontium Cæſenatem, Mathematicum ſui temporis celeberrimum, qvi primus ut ipſe ſcribit, hoc opus aggreſſus eſt, aliorum deinceps ſtudiis laboribusqve perficiendum. Hunc *de la Chambre*, aliiqve inſecuti

 ſunt,

ſunt, qvi hoc ſibi datum crediderunt, inceptam à Claromontio telam, ut ad finem perducerent.

§. IV. Cum autem varia ſigna à Seneca enumerata indagandis moribus inſerviant, ipſas qvidem actiones & verba, reliqvis documentis ideò præferenda eſſe arbitror, qvod tot erroribus non ſint obnoxia, faciliusqve mentem hominis detegant. Non afferam qvod alii hâc de re prolixius commentati ſunt: ſaltem Horatium in hiſce characteribus exprimendis peritiſſimum fuiſſe artificem vel Satyræ nonæ lib. I. documento, comprobare juvat. Nugatorem qvippe vel garrulum delineaturus,

neaturus ; certos characteres huic hominum generi proprios perſtringit, & in προδιηγήσει qvidem primò notat, interpellationem occupati :

Neſcio qvid meditans, nugarum
totus in illis,

Perinde ac Theophraſtus περὶ ἀδολεσχίας. *Difficile eſt*, inqvit, *cum iis durare qui neqve otii, neqve negotii tempora diſtingvere norunt.* Porrò acceſſionem ad ignotum :

Accurrit qvidam notus mihi
nomine tantum.

Hunc in modum & Theophraſtus garrulum deſignat, *qvod vel apud ignotum juxtim aſſideat.* Dein, obſervat, de ædificiis publicis nugationem :

Cum qvidlibet ille,
Garriret vicus, urbem laudaret.

 Exactè

Exactè ad mentem Theophraſti ejusmodi hominem, qværentem introducentis: *qvot ſint ædei columnæ?* Deniq; ex pertinaci adhæſione documentũ capit:

— — Miſere cupis, inqvit abire,
Jamdudum video, ſed nihil agis,
usq; tenebo,
Perſeqvor &c.

Qvod qvidem Theophraſtus ita exprimit: *Si qvis diſcedere velle dicat, comitari ille ac domũ usq; deducere ac perſeqvi.* Taceo nunc eos, qvos in ipſâ διηγήσει ſubminiſtrat characteres.

§. V. Horatio autem nunc jungo Abarbanelem, certisſimo documento, nec Hebræos, hujus diſciplinæ, rebus civilibꝰ propriæ, fuisſe expertes, demonſtra-

monſtraturus. Et antiqviſſimis etiam temporibus, hanc artem apud illos nõ fuiſſe ignotam, vel ſacrarum docemur litterarum teſtimonio, Viri ingreſſum, animi ipſius haud obſcuras præbere notas, docentiũ. Nec min9 luculentum iſtud eſt, qvod ex Jothami ſermone elicit Abarbanel. Nobilium enim, divitum, atq; illorum, qvi gratiam plebis ſibi humanitate conciliare didicerunt, certas qvaſi notas ac characteres, ſymbolis ac imaginibus qvibusdam obvolutos exhiberi autumat, dum iſtos cum olea, illos cum ficu, hos cum vite Jothamus confert atqve contendit. ולכן הביא ראשונה הזית שהוא משל לאיש הנכבר

הנכבד המיוחס במשפחתו׳ כמו
השמן הטוב היורד על הזקן
העולה למעלה מכל המשקים
העומד שנים רבות בלי הפסד
והשחתה׳ ולכן אמר בשם
הזית דשני אשר בי יכבדו אלהים
ואנשים להגיד שהכבוד ממנח
וכמו שאפרש. ואחר זה זכר
התאנה משל לעשיר׳ ולכן לא
אמר בה כבוד ולא שמחה׳ כי
אם תנובתי הטובה׳ שהית
העשיר מתהלל בעשרו וכי
כביר מצאה ידו׳ עם היות שלא
ישליטנו אלהים לאכל ממנו
ולהועיל לאחרים: וזכר אחכ
הגפן שהוא משל לאנשים
בעלי

בעלי הסברא ושמחים ומשמחים לאחרים ולכן אמר בה המשמח אלהים ואנשים. *Et propterea primo loco affert oleam, quæ eſt ſymbolum Viri honorati & ex illuſtri proſapiâ prognati, quemadmodum oleum bonum deſcendens ſuper barbam, præſtantiâ ſuâ vincens omnes liquores, duransq; per multos annos, ut non depravetur, aut corrumpatur. Propterea quoq; oleæ nomine dicit, pingvedinem quæ in me eſt, honorabunt Dii hominesq;, ad indicandum, quod honor illi competat, ut deinceps explicabo. Deinceps memorat ficum, ſymbolum divitis, & idcircò non illi tribuit honorem aut lætitiam, ſed* (dicit)

 fru-

fructum meum bonum, qvod dives divitias ſuas jactet, & qvod opes invenerit manꝯ ejus (Job. XXXI. 25.) *etiamſi non concedat illi DEUS poteſtatem edendi de illis* (Koheleth. VI. 2.) *aut aliis benefaciendi. Tandem qvoq; memorat vitem, ceu ſymbolum hominum in magnâ exiſtimatione viventium, hilariq; indole præditorum, aliosq; exhilarantium, ideoq; de illa dicit: exhilarans Deos hominesq;.*

§. VI. Ita omnino eſt. Oleo honor ſignificatur. Nec nobilibus generisq; antiqvitate florentibus, ulla res freqventior, magisq; ſolennis, qvam ineptâ generis oſtenatione aucupari honores. Ingenitum hoc illis Salluſtio judice, malum eſt, fumus ut facilius ab igne, qvam arrogan-

arrogantia & honorum aut oſtentatio aut perſvaſio à generis claritate abeſſe poſſit. Divitum contra, in opibus cum omnis fiducia collocetur, haſce qvoqve nunqvam non jactare, & ut ficus, fructus ſui dulcedine, alios ad ſe pellicere annituntur. Vid. Barclajus *in. Icon. animor. Cap. XIV. p. m. 585.* Demagogorum deniq; in affabilitate & comitate, poſita omnis vis eſt, qvâ nihil tale metuentes populi animos in poteſtatem ſuam redigunt, ſervitutisq; ſubire jugum cogunt. Et iſtud verò vitis imagine ſignificatur: cum & vini eadem vis ſit, blandaq; in homines tyrannis.

§. VII. Qvæ qvidem eò per-

tinent ut evincant diverſam variamq; hominum indolem tam arcto plerumq; cum ipſorum fortunâ vinculo jungi, omnis illorum inclinatio non raro inde ut pendeat, ipſiq; mores illorum, externo huic habitui attemperentur. Diverſis ergò moribus præditi ſunt, nobiles, divitiesq;, non qvod nobilitatis aut divitiarum aliqvod in homines imperium ſit, aut vitii qvid ſecum conjunctum habeant, ſed qvod ſplendidiore fortunæ imagine hominibus illudant, adeoqve ſtatum conditionemq; illorum mutent. Demagogorum verò mores licet ab ipſo fluere temperamento, naturaliq; indole videantur, populi

puli tamen plurimū juvantur & excitantur ſtudiis, omnisq́; illorum ſuccesſus ab ipſâ Reipublicæ fortunâ ac facie pendet.

§. VIII. Magnam vero in moribus hominum formandis fingendisq́; esſe fortunæ vim, eosdemq́; ſæpiùs, ſi non qvoad genus, certè qvoad gradus, liceat enim mihi ex Philoſophorum præſcriptis loqvi, mutare, palam eſt. Diſertè Qvintilianus, *potentiam, æqvè ac alia fortunæ bonæ, cum plurimum virium dent in utramqve partem, certisſimum facere morū experimentum*, docet. *Jnſtit. Orator. lib. III. c. VII.* Etenim pauperes, illosq́;, qvi cū magnis diuturnisq́ve conflictati ſunt

calamitatibus , qverulos ple rumq; eſſe, nec unqvam ſuſpi cione carere, ſed facillimè ex aliorum dictis factisve anſam, ſe ipſos excruciandi arripere, experientia docuit. *Ad contumeliam omnia accipiunt, propter ſuam impotentiam ſe negligi credentes*, Judice Terentio *Adelph. Act. IV. Scen. III.* Divites contra fortunatiqve,fidenti plerumqve ſunt animo, & nunqvam ferè non ad jactantiam proclives.

§. IX. Si qvis ergò DEUS, verbis Horatii utor,En ego, dicat,faciam qvod vultis,ſortemqve utriusqve permutare inter ſe jubeat , eosdemve & tùm utriusqve fore mores cenſes? Tantum verò abeſt hoc ut mi-

hi per

hi perſvadeam, ut potius ſemper locum invenire prudentisſimum iſtud Micionis Senis in Comœdiâ effatum arbitrer: *Hac ſi neq; ego neq; Tu fecimus, non ſivit egeſtas facere nos. Tu nunc tibi id laudi ducis, qvod tum feciſti inopiâ. Injurium eſt; nam ſi esſet unde id fieret, faceremus.* vid. Terentius in *Adelph. a. I. Sc. 2.* Huic etiam ſuffragatur Seneca: *Multorum qvia imbecillia ſunt latent vitia, non minus auſura, cum illis vires ſuæ placuerint, qvam illa qvæ jam felicitas temporum aperuit. Inſtrumenta illis explicandæ neqvitiæ deſunt. Sic tuto etiam ſerpens peſtiſera tractatur, dum riget frigore: non deſunt tamen illi venena, ſed torpent.*

§. X. Mores itaqve à naturâ

eſſe, animiq; ipſius conſtitutione, & corporum temperamento, neutiqvam diffiteor: fortunam tamen ſæpiùs inſtar naturæ ipſius eſſe, indeque alios aliosq; oriri mores, iſtud qvidem eſt, qvod contendo. Fortunam igitur æqvali potentiâ,ac dignitate cum ipſâ naturâ,gaudere arbitror, cum hominum mores,indeq; reſultantes actiones, non minus huic, qvam illi, jure meritoq; tribuantur. Duplicem proinde morum omnium humanorum eſſe fontem exiſtimo: *naturam* atq; *fortunã*, duplices hinc hominum etiã mores,alios à naturâ, alios à fortunâ ortos. Natura ſi aliorſum homines ducat,qvam fortuna permittit,hujus tamen

tantam

tantam vim, tantamq́; efficaciam eſſe credo, ut poſtquam ſignis collatis aliqvandiu inter ſe conflixerunt, ſuperior tandem evadat, ſuoqve imperio ſubjectos homines dirigat. Et iſti qvidem mores, qvos fortuna dedit, non minus per certos characteres ac notas cognoſci posſunt, quam quibus natura nos inſtruxit. Qvâ de re qvo minùs ambigamus, utiqve facit Abarbanel, nobiles qvidem ex honorum aut oſtentatione aut cupidine, divites ex opum jactantiâ, Demagogos ex affabilitate ac com̃unitate, ceu ſignis notisq́; irrefragabilibus, dignoſci poſſe autumans.

CAPUT VII.

Σύνοψις.

Imaginem Tyranni ad ductum Jothami,

thami, ſiſtit Abarbanel. Comparatio ejus cum Spinâ. A Tyranno non poſſunt non in omnes damna proficiſci. Omnes homines Tyrannis eſſe inviſos. Imprimis virtute præſtantes; divitiis & auctoritate florentes; ingenio & doctrinâ præditos. Tyrannos ſemper eſſe ſuſpicaces ex ſcripturâ eleganter probat Abarbanel. Cauſa ſuſpicionis. In Tyranno multæ cauſæ concurrunt: v. g. conſcientia propriæ imbecillitatis, perpetua diſſimulatio, conſuetudo alios ex ſuâ indole metiendi; odium erga alios.

§. I. JAm Tyranni imaginem nobis ſiſtit, coloribusq; pulcherrimis depingit Abarbanel. Jothamus ſpinâ eundem repræ-

repræſentaverat, unde hâc de re Hebræus ita diſſerit:

והביא אחריהם האטד שאין לו
כבוד ויחס׳ כי הוא הפחות
שבקוצים׳ ואין לו פרי ותנובה
ועושר כלל׳ והוא המעציב גם
כן ומדאיג תמיד לכל אדם
אם יפגע בו ואינו משמח כללי
וכמו שאמר דוד בדבריו
האחרונים ובליעל כקוץ מונד
וגו׳ *Poſt hæc adducit Kynosbatum (aculeatiſſimum ſpinæ genus) cui nec gloria eſt , nec familia, qvippe infimum ſpinanum genus , omniqve fructû ac proventu, adeoqve divitiis omnibus deſtituitur, præterea dolore afficit ſemper eum, qvi iſtud contrecta-*

trectaverit, *nec ullum unqvam gaudio afficit: qvemadmodum & David in ſermone ſuo ultimo, homines, inqvit, nauci tanqvam ſpina projecta* &c. vid. II. Sam. XXIII. 6. 7.

§. II. Hæc qvippe eſt Tyrannorum indoles, ut cum naſcendi conditione, à dominio excludantur, nefandis ſibi artibus ad iſtud viam muniant. Humili enim obſcuroq; loco prognati ut plurimum fuerunt, qvorum inſanam regnandi cupiditatem, nec divina nec humana jura refrenare potuerunt. Ad ſuam præterea libidinem cum omnia referant, & huic unicè faveant, non qvidem eſt, quod beneficia ab illis exſpectet. Utiq; ſpinarum inſtar ſine

dolore

dolore neutiqvâ poſſunt contrectari. Regnandi enim, qvæ animis illorum inſidet cupiditas, non poterit non cum reliquorum, quibuſcum commercia illis intercedunt, damnis maximisqúe detrimentis, eſſe conjuncta. Hæc ad hominum contumeliam perpetuò erumpit, multosq; mortales injuriis innumerabilibus afficit. Hæc jura omnia conculcat, civilemque ſocietatem violat: in legum contemptu & intolerabili ſuperbiâ & inſolentiâ, ſum̃am vitæ dignitatem conſtituit: omnibusq; hominibus fortibus & moderatis, interitum machinatur. Omnia hæc mala, cupiditatis effrenatæ licentiâ conſeqvuntur. Excœcat rationem

ita

igitur poteſt, alios interimit,alios exilio multat,alios opibus & fortunis ſpoliat, ne qvisquã illis obviam ire poſſit. Nullum ingenium excellens, nullum animum magnum,nullam ſingularem induſtriam, nullius deniqve inſignem potentiam pati atq; tolerare poteſt. *Hinc qvippe*, ut de Regibus Salluſtius inquit, *boni qvam mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; aliena virtus formidoloſa eſt. de Bello Catilin. Cap. VII.* Namqve imperii ſui firmitatem non in virtutis ſuæ conſtantiâ, ſed in ſuorum civium imbecillitate, ponendam arbitrantur.

§. IV. Omne igitur Tyrannorum ſtudium in civium opibus extenuandis, & animis dejicien-

tibus egregiis, & pari fama publicè, ſuſpectabat. *Annal. lib. I. cap. XII.*

§. V. Nec minus homines doctrinâ aut ingenio præſtantes Tyrannis ſunt formidoloſi. Hinc aut extirpare eos penitus conantur, teſte iterum Tacito in Agricola: *Julius Graecinus Senatorii ordinis, ſtudio eloqventiæ ſapientiæq; notus, iisq; virtutibus Caji Cæſaris iram meritus.* Cap. IV. n. 3. aut ſaltem in exilium ſubmovere, eodem Tacito teſtimonium perhibente: *Montanum probæ juventæ neqve famoſi carminis, qvia protulerat ingenium, extorrem agi juſſum.* conf. quoq; Valerius Maximus *lib. III. c. II.* it. Piccartus *in Ariſtot. p. 790.*

§. VI. Ne-

§. VI. Neq; enim non poſſunt ægrè ferre, alios cum iis virtutibus præditos vident, qvibus ipſi deſtituuntur. Unde & ſuſpicione ſemper laborant Tyranni. Solerter hoc iterum obſervavit Abarbanel. Etenim dum Jothamus dubitantem introducit Spinam: אִם בֶּאֱמֶת אַתֶּם מֹשְׁחִים אֹתִי לְמֶלֶךְ *Si reverâ vos ungitis me in Regem?* non alia de cauſa id fieri ſuſpicatur Abarbanel, qvam qvod Tyranni nec ſibi ipſi nec aliis fidant, unde hæc ſacri codicis verba ita exponit: ויאמר אם באמת אתם מושחים אותי, רוצה לומר איני יודע אם תעשו זה לצחק בי׳ אבל אם באמת אתם

אתם עושים זה באו וחסו
בצלי (והוא כרמות לעג שאין
צל לאטר) ר״ל חסו בצל אשר
יש לכרומה לי״ כי כל עץ יעשה
צל רמות גופו ואני אין לי צל
ולא טעם ולא פרי ולא ריח
ואם אין תצא אש מן האטד
ר״ל אם תבחרו אותי לצחק כי
ולהקל בכבודי אח״כ תצא אש
מן האטד העץ הנבזה׳ כי אינו
טוב כי אם להדליק בו את עצים
אחרים׳ ואמר אל תחשבו
שאדליק פחותים כמוני כי האש
אשר אדליק תאכל עצי הלבנון
שהם היותר גדולים ומשובחים
מכל העצים

Et dixit,

H (ſ.ſpina

(ſc. Spina ad arbores) *num reverà vos ungitis me in Regem? i. e. neſcio an hoc faciatis ad illudendum mihi. Sed ſi reverà* (i. e. ſeriò) *hoc vos agitis, venite & confidite umbræ meæ; per modum ironiæ autem hoc dicitur, nec enim Spinæ umbra eſt) nimirum confidite umbræ, quæ mihi ſimilis eſt, omnis enim arbor umbram de ſe ſpargit corpori ſuo ſimilem, ego vero & umbrâ & ſapore, & fructu & odore deſtituor. Si verò hoc ſecus ſit, egrediatur ignis de Spina h. e. ſi elegiſtis me ut mihi ſaltem illudatis, meq́; contemptui exponatis, tum demum egrediatur ignis de Spina, arbore abjecta: nec enim alius ejus uſus eſt, quam ut aliis lignis accendendis inſerviat: & dicit ulterius, ne vobis perſuadeatis,*

deatis, qvod humiles ſaltem accenſura ſim, ut ego ſum, ſed ignis ille qvem excitabo, conſumet cedros montis Libanon, qvæ majores præſtantioresq; ſunt omnibus arboribus.

§. VII. Hæc igitur ſuſpicio Tyrannorum, ut omnis mali fons & ſcaturigo eſt, iſtisq; hominibus cautioris providæqve curæ, qvâ ſuæ conſulant ſecuritati, titulo nomineq; abblanditur: ita certiſſimum documentum infirmitatis exhibet, qvâ animus ſui non amplius compos, laborat. Nec enim aliunde qvam ex judicii vacillatione oritur ſuſpicio, præſertim cum in deteriorem ſemper partem homines ſint proclives, & ad triſtitia oculos flectant,

 lætiora

lætiora plerumq́; prætereant. Utiq́; ita ſeſe res habet, docente qvoq́; Lipſio, Viro incomparabili: *ut Muſcæ*, inqvit, *in levibus politisq́; locis non diu hærent, ſed ſcabris inſidere amant, ſic mens humana, meliorem ſortem leviter transvolat, aſperam autem non dimittit, ſed tractat, & ingenioſè plerumq́; auget, unde fingimus futura, nec præſentia dolemus ſolum, ſed etiam futura.* de *Conſtant. Lib. II. c. XX.*

§. VIII. In Tyrannis autem tanto facilius ſuſpicionem concipi, tantoq́; magis eandem augeri neceſſe eſt, qvanto plures ad ejus & generationem & conſervationem cauſæ conſpirant: namqve & ſuæ ſibi conſcii ſunt imbecillitatis, vitiorumq́;

rumq; ſuorum recordatione nunqvam ferè non excruciantur: hinc & honores, qvorum inſatiabili deſiderio flagrant, nunqvam ſe promereri intelligunt, idemq; qvin alii de ſe ſentiant, nulli dubitant. Præterea diſſimulatione artificioſâ tegere ſuam imbecillitatem an̄ituntur, aliudqve ſemper præ ſe ferunt, aliud alto pectore premunt. Hinc & denuò iisdem artibus ſibi illudi metuunt. Unde & vix ſibi perſvadent ſeriò honores ab aliis ſibi deferri, exemplo Spinæ interrogantis: *num ſeriò ſe elegiſſent?*

§. IX. Qvo minus enim hoc facere poſſint, omnino obſtat propriæ imbecillitatis conſci-

entia, aliorumq; ex ſuâ indole, æſtimatio. Omnibus hoc ingenitum, ex ſuis moribus metiri alios. Ergo disſimulationis quoq; hoc demum maximum eſt præmium, ut nunqvã alteri fidem adhibeat. Hinc ſuſpicione perpetua illos, qvi ut Salluſtius inqvit, aliud promptum in lingva, aliud tectum in corde habent, angi atq; torqveri neceſſe eſt. Accedit v. & odium qvo Tyranni omnes proſeqvuntur, qvos ſuis cupiditatibus aut impedimentum allaturos, aut certè afferre ob fortunæ benignitatem aut ingenii & virtutis excellentiam poſſe, ſibi perſvadent. Et inde qvidem ſæpisſime ſuſpicionem naſci vel Tyberii exemplo cõprobat

probat Dio Caſſius, multa de Germanico ſuſpicantis, qvippe erga qvem magno jam flagrabat odio. c. Dio Caſſius *Libro LVII. p. 694.*

§. X. Neq; enim benevolentiam qvandam ab eo qvis expectaverit, qvem execrandum ſemel nobis ſiſtit, vehemens qvod animos qvandoq; afflat, odium. Tanta qvippe caligo mentibus mortalium vehementiori affectu abreptorum, objicitur affunditurq;, falſi verique diſcrimen omne ut illos lateat. Hinc & Verulamius *in Sermon. Fidel. n. 31.* ſuſpicionem inter *actus intellectus* comparat *cum vespertilionibus inter aves, qvæ animalia nunqvam volitant niſi luce crepera.* Reli-

qvos ſuſpicionis fontes nunc taceo. Satis jam liqvet, nunqvam ſuſpicione carere animum Tyranni. Et id qvoqve ad prudentiæ moralis regulas obſervavit Abarbanel.

CAPUT VIII.

Σύνοψις.

De modis atqvirendi imperium in genere. Sententia Nicolai Machiavelli. De illis qvi virtute ad imperium pervenerunt. Qvinam fortunâ ad ſummam rerum ſint evecti. Qvinam ſingulari ſcelere ad Principatũ pervenerint. Huc præter Agathoclem refertur Cæſar Borgias, Julius Cæſar aliiqve. Ad qvam Claſſem pertineat Abimelechus? Sententia Abarbanelis. Ejusdem prolixior Discurſus,

carſus, nefas eſſe ſi Princeps populo ſeſe obtrudat: honoresqve recuſare ingenui eſſe animi. Sententia Abarbanelis illuſtratur. Idem refellitur, qvod ob privata commoda honores in Republicâ negligendos aſſerat. Honores oblatos interdum licitè recuſari, probatur. An ob moleſtias atq; labores Principatus recuſari debeat? Negatur contra Abarbanelem. De receſſibus veterum qvid ſentiendum? de moleſtiâ regni locus Horatii. Confertur cum Abarbanele. Regnum an rectè ſervitutem dixerit Abarbanel? Explicatur hoc uberius. Hinc de illis qvi ſuâ ſponte ſe abdicarunt. Diverſos abdicationis eſſe cauſas. Prolixius hoc de-

ducitur, & qvidem exemplis Caroli V. Johannis Caſimiri &c. In qvo regia dignitas conſiſtat juxta Senecam Tragicum. Idem ſentit Abarbanel, convenitqve adeò ei cum Stoicis. In contrarium adducitur Hieronymus Oſorius, non ſine injuria Regum vitam miſeram aut ſervilem dici arbitrans. Idem conciliatur cum Abarbanele.

§. I. REgnum vel electione vel ſuccesſione acqviri, jam pridem rerum civilium conſulti pronuntiarunt. Succesſionis verò non unus idemqve modus eſt, aut eadem ubique ratio. Qvandoq; & familiæ ſe invicem excipiunt, nullo qvidem aut affinitatis aut con-

conſangvinitatis vinculo inter ſe invicem junctæ, ſed qvod mutuo fœdere hoc ſuccedendi jus, inter ſe fuerint pactæ. Valent interdum & arma. Sæpiꝰ connubia ad ſumma imperia, viam muniunt. Aſt ſucceſſiónibus alii præferunt electionem. Neq́; enim indignis ac ineptis æqvè in eâdem aditus patet, ac illis, qvos magna fortiſſimaqve nobilitarunt facinora, qvorumqve ſpectata jam & explorata eſt virtus, tractandæq́; Reipubl. peritia. Et hoc qvidem pacto regna permultos jam ſtabilita annos, ipſaq́; diuturnitate firmata, Dominos accipiunt. Electioni tamen, in novis qvoqve quæ enaſcuntur, imperiis locus eſt.

Aſt cum hodie nunqvam novum oriatur imperium, niſi aliud ſimul pereat, ſaltem pars qvædam ab eodem avellatur, multi quoque tam improbâ regnandi cupiditate flagrent, qvæ nullis facilè coerceri legibus posſit, alias quoq; nunc obſervare vias licet, per qvas ad Dominium Principes enituntur. Jam pridem enim in civiles ſocietates humanum coaluit genus, nec ulla reperitur gens, quæ non hoc vinculo ſecum ipſâ juncta, ſecuritati tranqvillitatiq; ſuæ & vitæ humanæ commodis proſpexerit.

§. II. Ceterum Nicolaus Machiavellus omnia accuratius ſecũ expendens, indolemq; illorum qvi ad ſummam rerum

rum adſpirant exactius mente volvens, in *Principatibus*, hoc nomine regna qvæ Monarchica vocantur, intelligit, triplex omnino ad dominium iter eſſe contendit, quod omnes etiam ingresſi ſunt, qvi nec per ſucceſsionem, nec per juſtam electionem, imperio ſunt admoti. Namq; virtute alii obtinuerũt, qvod nonnullis fortuna dedit, quibusdam ſcelus peperit. Solam tamen non ſufficere virtutem idem autumat, niſi ſuffragantem quodammodo ſibi fortunam habeat, quæ varios exercendæ virtutis occaſiones ipſi ſubminiſtret. *Machiavellus de Princ. c. XXI. XXII. ſeqq.*

§. III. Ecqvis enim Moſen, Reipublicæ Iſraëliticæ condi-

torem longè ſanctiſſimum, ad tantum facilè pervenire potuiſſe faſtigium credit, niſi per qvaſdam jucundas fatorum ambages, extorris & profugus, inq; deſerto deliteſcens, paſcendis ovib⁹, futuro muneri, qvodā qvaſi tirocinio præluſiſſet. Duriſſimū quoque ſervitutis jugum qvò à Medis premebantur Perſæ, Medorumq; ſuperbia intolerabilis, obſtetricis inſtar fuit, cujus ope luci exponeretur Cyri virtus, qvæ imperium deinceps ampliſſimum conderet, juraq; daret cunctis propemodum totius orbis populis. Romulus namqve, virtutine an fortunæ plus debeat? incertum eſt. Idem dies, qvi ad exitium ejus il-

luxiſſe

luxiſſe credebatur, initium dedit vitæ & fortunæ, futuræq; magnitudini & gloriæ, qvâ omnibus Urbium Conditoribus dubiam ancipitemqve palmam reddidit. Eadem occulta latensque fatorum vis, Theſeum Athenienſi obtulit urbi, maximâ rerum omnium perturbatione laboranti, ne teſtibus careret tam excellens indoles, æternâque nocte premeretur. Hiſce ergo res præclarè fortiterq; geſtæ, cum imperiis æternum peperere equidem decus: ſola tamen ſine fortunâ non profuisſet virtus.

§. IV. Nec deſunt in qvib9 fortuna & virtutis explevit partes, ut omnem adeo iſtorum gloriam jure meritoq; ſibi vendicet.

dicet.

dicet. Qvos Darius Helleſponto Aſiæq; Minoris impoſuit provinciis ſummâq; dignitate auxit, non video an cuiqvam, præterquam fortunæ, qvicqvã debeant. Ut vero Valentinum Ducem, Cæſarem Borgiam huc referam, vix qvidem à me impetrare poſſum: aut ſiqvidem id fecero, fortunam turpiſſimis ſceleribus eo tempore vectigalem fuiſſe cenſeo. Improbiſſimos conatus, qvi non omni ſtatim eventu carent, ſed qvandoqve ex voto fluunt, ſi qvis vel maximè fortunæ decoraverit nomine tituloq; ſimul tamen fateatur neceſſe eſt, in maximorum criminum eandem veniſſe conſortium, fructumq;

adeò

adeò neutiqvam ad eam ſolam redundare. Hanc Divam iſtis potius faviſſe, exiſtimo, qui rebus per omnem Italiam conturbatis magnas ad ſe rapuêre ditiones, Principumque numero, nihil tale ſperantes adſcripti ſunt.

§. V. Nunquam ſanè fortunæ ludicri magis patuêre caſu, quam cum *Regillianus* ab exercitu Romano ad ſummum rerum faſtigium eveheretur, ſaltem quod à regno habere nomen crederetur. *Adeoq; qvod aliis vel audacia vel judicium detulit, huic jocularis aſtutia dedit:* teſte Trebellio Pollione *in Triginta Tyrannis p. m. 272.* Fuit enim aliquando hæc vis fati publici, ut idem Pollio inquit,

ut in

ut in Imperio Romano, ad ſummum dignitatis culmen, nemo niſi militum favore eveheretur: in quo obtinendo quantum fortuna valuerit, neminem latere poterit, qui fluxos mobilesque militum animos exploratos habet.

§. VI. Succedant tandem, quibus per ſcelera artesq; nefandas ad imperium gradus ſtruitur. Hosce qui ex certa diſciplina præceptionibusque Sapientum ſua agitare conſilia, arbitratus fuerit, næ! parum abeſt quin decipiatur. Quin ex quacunque occaſione oblata cuncta metiri, ſummæ prudentiæ esſe judicant, tantumq; ſibi licere credunt, quantum expedit. Agathocles Siciliæ

m iu Tyran-

Tyrannus, qvi præclarum ceteris præiviſſe exemplum creditur, qvotqvot hoc iter deinceps ingreſſi ſunt, in eo ſaltem ex nonnullorum mente peccavit, qvod apertisſimo perpetrato ſcelere, ne excuſationi qvidem reliqverit locum aut ſimulationi, qvâ tamen ejusmodi hominum crimina ſedulò tegenda eſſe, doctrinæ hujus oraculis ſancitur. Etenim nec natalib⁹, nec virtute, nec ullâ aliâ re pollens, ne qvidem habebat; qvod obtentui ſumeret, ſolâ audaciâ ad nonnullos honoris militaris titulos provectus, per ſummum nefas & inexpiabile ſcelus, trucidatis Syracuſanæ Reipublicæ Proceribus, tum

demum

demum ſuæ ſe conſuluiſſe cupiditati credebat, ſi ſuſtuliſſet omnes qui eidem reſiſtere poterant.

§. VII. Et qui ejus quidem veſtigiis ſignatam viam ingreſſi ſunt, eandem quoque apud probos omnes crudelitatis, apud improbos verò & imprudentiæ notam ſubierunt. Cæſaris Borgiæ verò ſcelera hactenus exemplo caruerunt: quæ ut nemminem fugerent Vir diſertisſimus fecit Antonius Maria Gratianus, cujus calamus quicquid attigit, iſtud eripuit letho & ad ſeros uſq; nepotes transmiſit, de *Caſib. Viror. & Fæm. Illuſtr. cap. I. p. m. 3 ſeq.*

§. VIII. Ceterum rerum omnium æſtimatorem longè

ineptiſ-

ineptisſimum eſſe oportet, qui non primos Romani Jmperii Conditores, huic adſcripſerit ordini: inſuper habitâ Hiſtoricorum adulatione, quam aut ſpes aut metus illis extorſit. Quoties vitam resque geſtas Julii Cæſaris mecum volvo, toties in eam deſcendo ſententiam, magnitudinem ſceleris, incredibili iſta & cœptorum audaciâ, & eventuũ felicitate, aut occultatam aut mitigatam, benignius poſterorum judiciũ promeruisſe, Quod jam pridem CL. V. Zevecotius egit, nunc non exequor, eundem ad civium opprimendam libertatem, Viros auctoritate & ingenio pollentes partim vi partim fraudibus è medio ſuſtulisſe:

omnes-

omnesqve adeò Tyrannorum partes ab Ariſtotele *lib.V.Polit.* deſcriptas explevisſe. Sanè Ciceroni pariter ac Lucullo, non aliâ de cauſâ eundem extremam machinatum fuisſe perniciem, Dionem Casſium auctorem habeo *lib.XXXVIII.* Auguſtus vero Hirtium Panſamq́; Conſules, in Mutinenſi prælio per inſidias interfecit, ut Republicâ Conſulibus orbatâ, ipſe victricibus ſolus præesſet copiis. conf. Zevecotio *in Sveton. Jul. Cæſ. p.102.*

§. IX. Nimirum ita ſeſe res habet, quos ſemel imperii cupido invaſit, facile eouſq; adducuntur, honeſta turpiaq; illis ut juxta æſtimentur; quin ad exemplum Antonii cujusdam de

de Leva, virtutis potius animæque, quam imperii curam abjiciunt. Omnes verò iſtorum hominum artes, eleganter, ut ſolet, complexus eſt Cornelius Tacitus, de Tiberio verba faciens: *Tiberius inſurgere paulatim, munia Senatus, Magiſtratuum, Legum in ſe trahere nullo adverſante, cum ferociſſimi per acies aut proſcriptione cecidiſſent, ceteri nobilium, quanto quis ſervitio promptior, opibus & honoribus extollerentur, Annal. l. cap. II.* Plura ſuppeditabit item Tacitus *Annal. I. c. 63. lit. II. cap. 30. & 40. & alibi paſſim.*

§. X. Ad quam igitur claſſem ordinemq; Abimelechus pertineat, haud difficile dictu eſt, præſertim ſi præeuntem nobis

bis ſequamur Abarbanelem, Reprehendit vero Sichemiticum populum quod Abimelechi amplexi ſint partes, idq́; per ſummam imprudentiam, cum nec generis nobilitatem, nec divitiarum amplitudinem, nec ullam aliam virtutem, qva plebejorum hominum capitur animus, in eodem venerari queant; rejectâ contrâ, quin perfidè trucidatâ ſobole Gedeonis, quæ hiſce naturæ fortunæq́; dotibus abundabat. Jam vero ita disſerit : וְהָיָה עִנְיַן

הַמָּשָׁל לֹא לְהַגִּיד שֶׁהָעֵצִים
הָלְכוּ לִמְשׁוֹחַ עֲלֵיהֶם מֶלֶךְ אֲבָל
הוּא כְּאִלּוּ אָמַר׳ בֶּאֱמֶת אֵינוֹ
רָאוּי שֶׁהַמֶּלֶךְ יְפַתֶּה הָאֲנָשִׁים
לְהַמְלִיכוֹ כַּאֲשֶׁר עָשָׂה אֲבִימֶלֶךְ
לָכֶם׳

לכם אבל האנשים ראוי שיבקשו המלך ויבחרוהו להם

Sententia autem Apologi non quidem hæc eſt, quod arbores convenerint ad ungendum ſibi Regem ſed perinde eſt ac ſi dixiſſet: Profectò non decorum eſt, ut Rex ipſe perſvadeat hominibus, ut ſe regnare faciant. (h. e. ut ſive per vim ſive per fraudem ſubditis ſeſe obtrudat, ut hactenus ad ductum prudentiæ Civilis expoſui) *ut quidem Abimelechus vobis fecit, ſed potiꝰ homines ipſos decet, ut ſibi quærant Regem, eundemqve eligant.*

§. XI. Ut vero turpitudinē hujusce facinoris oſtendat Abarbanel, jam rationibus evincit, parum à crimine abesſe, ho-

nores & dignitates etiam qvoscunqve petere, nedum per immaniſſima ſcelera Principatum invadere: ואמר עוד שבקשת הגדולה הוא מופת סכלי שאין המבקש ראוי אליה' וכאמרם הרודף אחרי השררה שררה בורחת ממנו' ולכן הזות תהיה תשובתה החדלתי את דשני ר"ל הנה המושל והמלך באמרת ובתמים אין ראוי שיחוש לעניניו הפרטיים כי אם לעניני המלכות' ולכן היה המלכות בעיני הקדמונים עבדות ועמל מכאיב ולא תועלת ולצאת ממשלת' ולכן נזכר בספר מלכים שעזריה מלך יהודה כאשר

כאשר יצטרע ישב בבית
החפשית ויותם בנו שפט את
עם הארץ' ר"ל שישב בביתו
חפשי מעמל המלכות ומעבודתו
(שהוא באמת עבדות ולא שררה)
והיה בנו שופט את העם והוא
לצרעתו היה בן חורין וחפשי
מזה, הנה יראה מזה שהמלך
הוא עבד עמו' וכמו שאמר
הקיסר אוקטאביאנו' כאשר
הביאו עטרת מלכות להמליכו
ברומה לקח העטרת בידו ואמר
עטרת עטרת אלו ידע הארבם
העמל והכאב אשר תחתיך
אעפי שימצאך בחוץ מושלכה
ארצה לא יקחך בידו' וכמו
שזכר זה המדיני וואלי ריו

 מאקשמו

מאקשימו בספרו' ולזה כיונ'
היות הנה באמרה החדלתי את
דשני' ר"ל מחוייב הוא אם
אמלוך שאחוש לעניני המלכות
ולא אחוש לעניני הפרטיים'
באופן שתחדל דשני בהכרח עם
טורח ועמל המלכות'
ואמר אשר בי יכבדו
אלהים ואנשים' לומר שאם
חשבו שהמלכות כבוד גדול
הנה איננו כן' כי כבר אמר
הפלוסוף בספר המדות שהכבוד
הוא אצל הנותן לא אצל המקבל

Judicat verò ulterius, magnam petitionem evidens eſſe argu-

mentum,

mentum, qvod petens tanto honore neutiqvam dignus ſit: ſicuti & dicitur ab illis, (Philoſophiæ moralis Scriptoribus) *qvi concupiſcit Principatum, Principatus ab eodem fugit* (vel ut vulgò dicitur: Honor fugientem ſeqvitur, ſeqventem fugit.) *Unde & olea respondet: num linqvam pingvedinem meam? i.e. Domino atq; Regi non licet reverà curare propria negotia, qvæ ſpecialiter ad ipſum pertineant, ſed tantum negotia regni. Hinc regnum apud veteres ſervitus & labor cum magnâ moleſtiâ conjunctus, audit, neutiqvam autem commodum aut dominium* (in eo ſibi pollicebantur.) *Propterea qvoq; memoratur in libro Regum* (2. Reg. XV. 7.) *qvod Aſarias Rex Judæ, cum*

nores ſibi delatos, ut recuſare nefas, ita anxiè concupiſcere eosdemq; ambire, parum ab imprudentiâ, qvin ſcelere qvodam abeſſe. Hoc vero & Abarbanel asſerit, iſtud demum ingenui ac generoſi animi documentum eſſe exiſtimans, ſi administrationi Reipublicæ aliquis ſe ſubtrahat, ſaltem ut propriis commodis eò rectiùs proſpicere qveat; qvorſum & iſtud oleæ in parabolâ effatum refert, *num linqvam pingvedinem meam.* In quo ſanè fallitur. Etenim ſi qvis rebus gerendis idoneus, ſine pravis artibus & ambitu vocatus, cum & peritiâ & induſtriâ ſuâ mederi perditis ac profligatis patriæ rebus posſit, nihilo-ſecius

 ſeſe

ſeſe ſubducat, ſaltem ut otio frui, aut domeſtica curare eò promptius qveat, tantum abeſt ut laudem promereatur, ut potius turpisſimæ pigritiæ notam ſubeat. Societatis ſaltem communis leges protervè violaret, ſua illi denegando officia, cum maxima ejus indies commoda ſentiat, & beneficiis fruatur. Idqve prudentisſimus Scriptor Cornelius Nepos innuit, de Attico Viro longè præſtantisſimo asſerens, *eundem non inertiâ, ſed judicio fugiſſe Reipublicæ procurationem. in vita Attici c. XV.* In qvo conſentientem ſibi habet Ciceronem *ad Atticum lib. I. Epiſt. XIV. Me ambitio qvadam ad honorum ſtudium, Te alia mini-*

minimè reprehendenda ratio ad honeſtum otium duxit.

§. XIII. Haud diffiteor, maximos qvandoq; & præſtantiſſimos Viros otium honeſtum domeſticæq; rei curam publicarum civiliumque rerum tractationi præferre: & iſtud haud invitus Abarbaneli largior; aſt *judicio* non *inertiâ* Reipublicæ procurationem fugiunt. Etenim ſi non niſi per ambitum variasqve ambages honores obtineri qveunt, aut fruſtra in conſervandâ aut emendandâ Republicâ ſuam ſe collocaturos operam vident, jure meritoqve honeſtum otium pluris faciunt, quam irritos vanosq; labores. Tale vitæ inſtitutum olim Plato tenuit, aliiq; Philo-

ſophi honores publicos fugientes, eò qvod ex privatâ vivendi conditione major ad Rempublicam redundaret utilitas. Petrus Pithæus, Vir qvondam longe doctiſſimus de ſe ipſo teſtatur : *Opus potius qvam honores aut Magiſtratus amavi, & prodeſſe, qvam præeſſe malui.* Taceo exempla aliorum præſertim recentiorum qvorundam Fuggeri, Scriverii, Elmenhorſtii. Hæc enim neminem fugiunt.

§. XIV. Moleſtias vero & labores regni pariter ac vitæ civilis, Abarbanel accuſans, indeqve otium & vitæ tranqvillitatem exoptans, conſentientes iterum ſibi habet graviſſimos

qvos-

qvosqve moralium civiliumque rerum Doctores. Plutarchus in libello: *An rectè dictum ſit latenter esſe vivendum,* ita ingenii exeruit vires,ut parùm omnino abſit quin tela omnia extorſerit regnandi cupidisſimis, quibus ſuam libidinem tuentur atq; defendunt. Hoc verò & Columella, Virgiliusq; , Plinius pariter ac Xenophon,ut & ipſe Cicero integris demonſtrarunt voluminibus, prudentisſimos qvosq; doctũ ejusmodi otium, qvo in villis ſuis potisſimum fruebantur veteres,civilium rerum tractationi tumultibusqve urbanis non ſine ratione quandoque prætulisſe. conf. Taubmannus *in Georg. Virgil. lib. 2. p. 207.*

& Muretus *Variar. Lect. Vol. I. p. 604.*

§. XV. Nemo verò me qvidem judice aptius hâc de re diſſerit Horatio, prorſus ut non ſint à noſtro inſtituto aliena, qvæ de vitandis ſtudiis civilibus profert in Epiſtola ad Ariſtium. Etenim illos qui ſuis cupiditatibus nec modum nec finem ſtatuunt, ſed omnem movent lapidem, ut rebus negotiisq; publicis admoveantur, hoc demum agere contendit, ſuis cervicibus ut attrahant gravisſimã ſervitutem. Æqvè ac Abarbanel, Regnum qvidem præcipuè, ſed & omnes tamen honores publicos, *ſervitutem, onusq; gravisſimum* dixit. Idqve apologo nos edocuit Venuſino Vates: *Fuge,*

Fuge magna: licet, ſub paupere tecto,
Reges & Regum vitâ præcurrere amicos.
Cervus equum pugnâ melior communibus herbis,
Pellebat, donec minor in certamine longo,
Imploravit opes hominis frenumq́ recepit:
Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte,
non equitem dorſo, non frenum depulit ore:
Sic qui pauperiem veritus potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus atque
Serviet æternum &c.

Homini quippe equo frenum injicienti reſpondet immenſa regnandi

nores & dignitates etiam qvoscunqve petere, nedum per immanisſima ſcelera Principatum invadere : ואמר עוד שבקשת
הגדולה הוא מופת סכלו׳ שאין
המבקש ראוי אליה׳ וכאמרם
הרודף אחרי השררה שררה
בורחת ממנו׳ ולכן הזות תהית
תשובתה החדלתי את דשני ר״ל
הנה המושל והמלך באמרת
ובתמים אין ראוי שיחוש
לעניניו הפרטיים כי אם לעניני
המלכות׳ ולכן היה המלכות
בעיני הקדמונים עבודות ועמל
מכאיב ולא תועלת ולא
ממשלת׳ ולכן נזכר בספר
מלכים שעזריה מלך יהודה
כאשר

כאשר יצטרע ישב בבית
החפשית ויותם בנו שפט את
עם הארץ' ר"ל שישב בביתו
חפשי מעמל המלכות ומעבודתו
(שהוא באמת עבדות ולא שררה)
והיה בנו שופט את העם והוא
לצרעתו היה בן חורין וחפשי
מזה, הנה יראה מזה שהמלך
הוא עבד עמו' וכמו שאמר
הקיסר אוקטאביאנו · כאשר
הביאו עטרת מלכות להמליכו
ברומה לקח העטרה בידו ואמר
עטרת עטרת אלו ידע האדם
העמל והכאב אשר תחתיך
אעפי שימצאך בחוץ מושלכה
ארצה לא יקחך בידו: וכמו
שזכר זה המדיני וואלירין
מאקשמו

סאקשימו בספרו׳ ולזת כיוונ׳
הוית הנה באמרת החדלתי את
דשני׳ ר״ל מחייב הוא אכם
אכולוף שאחוש לעניני המלכות
ולא אחוש לעניני הפרטיים׳
באופן שתחדל דשני בהכרת עם
טגרח ועמל המלכורת׳
ואמר אשר בי יכבדו
אלהים ואנשים׳ לומר שאם
חשבו שהמלכות כבוד גדול
הנה אינו כן׳ כי כבר אמר
הפלוסוף בספר המדות שהכבוד
הוא אצל הנותן לא אצל המקבל

Judicat verò ulterius, magnam petitionem evidens eſſe argumentum.

mentum, qvod petens tanto honore neutiqvam dignus ſit: ſicuti & dicitur ab illis, (Philoſophiæ moralis Scriptoribus) *qui concupiſcit Principatum, Principatus ab eodem fugit* (vel ut vulgò dicitur: Honor fugientem ſeqvitur, ſeqventem fugit.) *Unde & olea reſpondet: num linqvam pingvedinem meam? i.e. Domino atq; Regi non licet revera curare propria negotia, qvæ ſpecialiter ad ipſum pertineant, ſed tantum negotia regni. Hinc regnum apud veteres ſervitus & labor cum magnâ moleſtiâ conjunctus, audit, neutiqvam autem commodum aut dominium* (in eo ſibi pollicebantur.) *Propterea qvoq; memoratur in libro Regum* (2. Reg. XV. 7.) *qvod Aſarias Rex Judæ, cum*

tea, projiceret tamen in terram nec manibus ſuis acciperet, ſicut hoc memoratur à Valerio Maximo Hiſtorico, in ipſius libro. Et hæc quidem eſt intentio oleæ quãdo dicit: Num linquam pinguedinem meam? Nimirum neceſſariò iſtud conſequitur, ſi regnavero negotia regni mihi quoque curanda ſunt, non vero propria, & ea quidem ratione neceſſariò deficiet pinguedo mea, propter laborem & moleſtiam regni: addit autem quam in me magnifaciunt Dii hominesq; i.e. licet nonnulli exiſtiment cum magno honore regnum eſſe conjunctum, utique ſecus iſta res ſeſe habet, jam enim pronuntiavit Philoſophus (Ariſtoteles) *in libro Moralium: honorem penes dantem non autē penes aacipientem eſſe.*

§. XII. Inter mortalium profligatiſſimos primum itaq́; promeruit locum Abimelechus. Parentem qvo minus exciperet juſtâ ſucceſſione, natalium prohibebat labes. Neqve etiam electus erat; nullâve virtute præditus ſibi imperium ſumpſerat; tantum abeſt hoc ei, ut detulelerint Sichemitæ. Utiqve illi parum erat ambire Principatū, qvod tamen damnat Abarbanel, qvin nullum flagitium nullumq́; ſcelus tam atrox tamqve turpe arbitrabatur, qvod non promptè eſſet com̃iſſurus, modo voti ſui damnaretur. Sapientiſſimi qvidem mortalium jam pridem decrevêre, Principatum æqvè ac alios omnes honores

nores ſibi delatos, ut recuſare nefas, ita anxiè concupiſcere eosdemq; ambire, parum ab imprudentiâ, qvin ſcelere qvodam abeſſe. Hoc vero & Abarbanel asſerit, iſtud demum ingenui ac generoſi animi documentum eſſe exiſtimans, ſi adminiſtrationi Reipublicæ aliquis ſe ſubtrahat, ſaltem ut propriis commodis eò rectiùs proſpicere qveat; qvorſum & iſtud oleæ in parabolâ effatum refert, *num linqvam pingvedinem meam.* In quo ſanè fallitur. Etenim ſi qvis rebus gerendis idoneus, ſine pravis artibus & ambitu vocatus, cum & peritiâ & induſtriâ ſuâ mederi perditis ac profligatis patriæ rebus posſit, nihilo-ſecius

ſeſe ſubducat, ſaltem ut otio frui, aut domeſtica curare eò promptius qveat, tantum abeſt ut laudem promereatur, ut potius turpisſimæ pigritiæ notam ſubeat. Societatis ſaltem communis leges protervè violaret, ſua illi denegando officia, cum maxima ejus indies commoda ſentiat, & beneficiis fruatur. Idqve prudentisſimus Scriptor Cornelius Nepos innuit, de Attico Viro longè præſtantisſimo asſerens, *eundem non inertiâ, ſed judicio fugiſſe Reipublicæ procurationem. in vita Attici c. XV.* In qvo conſentientem ſibi habet Ciceronem *ad Atticum lib. I. Epiſt. XIV. Me ambitio qvædam ad honorum ſtudium, Te alia mini-*

minimè reprehendenda ratio ad honeſtum otium duxit.

§. XIII. Haud diffiteor, maximos qvandoq; & præſtantiſſimos Viros otium honeſtum domeſticæq; rei curam publicarum civiliumque rerum tractationi præferre: & iſtud haud invitus Abarbaneli largior; aſt *judicio* non *inertiâ* Reipublicæ procurationem fugiunt. Etenim ſi non niſi per ambitum variasqve ambages honores obtineri qveunt, aut fruſtra in conſervandâ aut emendandâ Republicâ ſuam ſe collocaturos operam vident, jure meritoqve honeſtum otium pluris faciunt, quam irritos vanosq; labores. Tale vitæ inſtitutum olim Plato tenuit, aliiq; Philo-

ſophi honores publicos fugientes, eò qvod ex privatâ vivendi conditione major ad Rempublicam redundaret utilitas. Petrus Pithæus, Vir qvondam longe doctiſſimus de ſe ipſo teſtatur: *Opus potius qvam honores aut Magiſtratus amavi, & prodeſſe, qvam praeeſſe malui.* Taceo exempla aliorum præſertim recentiorum qvorundam Fuggeri, Scriverii, Elmenhorſtii. Hæc enim neminem fugiunt.

§. XIV. Moleſtias vero & labores regni pariter ac vitæ civilis, Abarbanel accuſans, indeqve otium & vitæ tranqvillitatem exoptans, conſentientes iterum ſibi habet graviſſimos

qvos-

qvosqve moralium civiliumque rerum Doctores. Plutarchus in libello: *An rectè dictum ſit latenter eſſe vivendum*, ita ingenii exeruit vires, ut parum omnino abſit quin tela omnia extorſerit regnandi cupidisſimis, quibus ſuam libidinem tuentur atq; defendunt. Hoc verò & Columella, Virgiliusq;, Plinius pariter ac Xenophon, ut & ipſe Cicero integris demonſtrarunt voluminibus, prudentisſimos qvosq; doctũ ejusmodi otium, qvo in villis ſuis potisſimum fruebantur veteres, civilium rerum tractationi tumultibusqve urbanis non ſine ratione quandoque prætuliſſe. conf. Taubmannus *in Georg. Virgil. lib. 2. p. 207.*

& Muretus *Variar. Lect. Vol. I. p. 604.*

§. XV. Nemo verò me qvidem judice aptius hâc de re diſſerit Horatio, prorſus ut non ſint à noſtro inſtituto aliena, qvæ de vitandis ſtudiis civilibus profert in Epiſtola ad Ariſtium. Etenim illos qui ſuis cupiditatibus nec modum nec finem ſtatuunt, ſed omnem movent lapidem, ut rebus negotiisq; publicis admoveantur, hoc demum agere contendit, ſuis cervicibus ut attrahant graviſſimã ſervitutem. Æqvè ac Abarbanel, Regnum qvidem præcipuè, ſed & omnes tamen honores publicos, *ſervitutem, onusq; graviſſimum* dixit. Idqve apologo nos edocuit Venuſinus Vates:

Fuge

Fuge magna: licet, ſub pau-
pere tecto,
Reges & Regum vitâ præcur-
rere amicos.
Cervus equum pugnâ melior
communibus herbis,
Pellebat, donec minor in certa-
mine longo,
Imploravit opes hominis fre-
numq; recepit:
Sed poſtqvam victor violens
diſceſſit ab hoſte,
non equitem dorſo, non frenum
depulit ore:
Sic qvi pauperiem veritus po-
tiore metallis
Libertate caret, dominum ve-
het improbus atqve
Serviet æternum &c.

Homini quippe equo frenum injicienti reſpondet immenſa

regnandi

regnandi cupiditas: eqvo, animus hominis frena ac ſeſſorem accipiens: cervo extrudendo & amoliendo, privata vivendi conditio, vel potius ex mente Horatii res anguſta domi, qvā niſi qvis æqvo animo tulerit expelleréq; cupiat, ſervitutis ipſe ſibi jugum attrahit. conf. CL. V. Rigaltii *Notæ in Apologos Aphtonii, Gabriæ, & Phædri p. 66.*

§. XVI. Non eqvidem Abarbanelem aut Horatium in Epicuri militare caſtris credo, qvi honores qvosvis veræ voluptati ita repugnare credidit, ut iisdem omnes ſuos Sectatores valedicere juberet, neutiqvam ſecum expendens Viro probo honores dignitatesq; neceſſa-

riò

riò qvandoqve eſſe adeundos. Sed ita potius utriusq; effata accipio, tum demum ut locum inveniant, ſi Viro ingenuo recuſare honores licet.

§. XVII. Jam quæ ex Valerio Maximo aliisque adducit Abarbanel, Principum labores gravisſimos, moleſtiam, ac ſervitutem comprobant. Effata autem quibus hæc onera deteſtati ſunt præſtantisſimi Viri ſi congerere aut referre vellem, rem ſanè ſuſciperem infiniti negotii atque laboris. Geminum prorſus eſt Antigoni iſtud apud Ælianum dictum: *An neſcis fili, regnum noſtrum nobilem eſſe ſervitutem?* *Hiſtor. Var. lib. II. c. XX.* Piget tædetq; plura addere. Cum omnes enim

tædia

tædia regnandi moleſtiasque loquantur, querulasq; ſubinde voces fundant, nemo tamen majori regnandi cupiditate flagrat, quam qui labores difficillimos periculaq; infinita obtentui ſumentes, honores omnes dignitatesq; aſpernari videntur. Eo majori honoris deſiderio flagrant mortalium plerique, quo majori ſtudio honores contemnunt. Tiberius quo majori contentione *Domini* titulum recuſabat, eo impotentius eundem concupiſcebat.

§. XVIII. Utique ignotum & aulæ & Principum prodigium eſt, *ut tum poſſint imperare, nolint tamen aut deſiſtant*, teſte Famiano Strada *Devt. I. Lib. I.*

Nihilo-

Nihilo-ſecius nec vetera nec recentiora ſecula virtutum adeo ſterilia fuere, ut non ſpretæ Regiæ dignitatis protulerint exempla. De Diocletiano Eutropius: *Solus omnium poſt conditum Romanum Imperium, ex tanto faſtigio ſponte ad privatū ſtatum civilitatemqve remeavit. Lib. IX. circa fin.* Lotharii vero, Johannisqve Cantacuzeni, Græcorum Imperatoris, qvorum uterque abjectâ purpurâ inter Monachorum cohortes ſacris operari, quam imperii ſtrenuè tenere clavum maluit, neſcio ſanè laudemne virtutē, an accûſem ſuperſtitionem? Neque enim inſolens eſt, ut illud ipſum quod ad æternum decus quosdam evehit, in aliis

parum

parum abſit, qvin reprehenſionem culpamq́; incurrat. Ut enim omnibus rebus, ita Seculis ipſis quædam quaſi adhæret labes, qvâ & Magnorum Virorũ non rarò infecta ſunt facinora, ſummâ laude gloriaq́; digniſſima, hâc ipſâ ſi non fuiſſent commaculata. Qvo ergo tempore tam dira univerſo orbi incubuit ſuperſtitio, ut præclaræ etiam mentes illâ ceu catenis qvibusdam compedibusq; premerentur, eo uſq́; nonnullos fuiſſe abreptos haud difficulter crediderim, ut regno aliis permiſſo, otioſorum, magnâ tamen ſanctitatis opinione ſuperbientiũ Monachorum cœtibus ſeſe immiſcerent. Quod magnanimi-

tatis cujusdam aut ingenuæ indolis eſſe videbatur, id qvidē ex ſuperſtitione dirâ, profanoque errore profectum fuit.

§. XIX. Aſt adduxiſſe quoq; multos regnandi moleſtiam, tædiumq; honorum, eousq; haud inficior, ut coronam purpuramq; abjicerent. Theodohatum certè Gothorum Regē, vel tranquillitatis publicæque rei amor impulit, ut ſeſe abdicaret imperio, ſaltem ne Juſtiniani arma victriciasq; copias, ſubditorum ſuorum attraheret cervicibus. Multorum inde elogiis celebratus eſt *vid.* Goldaſti *Conſtit. Imperial. T. I. p. 7.* De Wambâ qvodam Hiſpaniæ Rege *vid.* Baronius *T. VII, Annal, ad H. C. 680.* Thuanus

nus quoque *lib. XVI. ad A. C. 1555.* conferri meretur.

§. XX. Conticeſcant vetera: vidit recentior quoque ætas & attonita ſuſpexit Carolum V. Cæſarem, in medio rerum curſu ſcenæ huic ſeſe ſubtrahentem, hortiq; culturæ & arborũ inſitionibus triumphales commodantem manus. Jure meritoque Famianus Strada dixit; *Declamatorum in Scholis, Politicorum in aulis, tum temporis non aliud fuiſſe argumentum quam Cæſarem abdicantem. Dec. I. lib. I. p. 16.* Hîc verò qui aut rerum humanarum tædio, aut divinarum amore, aut imbecillitate corporis eundem adductũ fuiſſe, imperio ut valediceret, putant, parum quidem penſi

habent

habent illud quod Polybius docet, civilium rerum cauſam aliam, aliamq; ſemper, quâ imperitis illudant, eſſe ſpeciem; magna præterea conſilia, à multis plerumque cauſis, ceu magna navigia à pluribus impelli remis. Aſt hoc quoque torquebat Carolum, quod fortunam adeò ſibi faventem non haberet. Aliosque jam induerat mores, vel ipſo non diffitente: *Fortunam juvenibus eſſe amicam.* Hujus ergò fallacibus complexibus quo minus diutius ſeſe committeret, id quidem erat prudentiæ ſingularis: quemadmodum nec magni atque excelſi animi laude caret, tam promptè qvod depoſuerit, *illud, qvod pretioſiſ-*

ſimum

ſophi honores publicos fugientes, eò qvod ex privatâ vivendi conditione major ad Rempublicam redundaret utilitas. Petrus Pithæus, Vir qvondam longe doctiſſimus de ſe ipſo teſtatur : *Opus potius qvam honores aut Magiſtratus amavi, & prodeſſe, qvam praeeſſe malui.* Taceo exempla aliorum præſertim recentiorum qvorundam Fuggeri, Scriverii, Elmenhorſtii. Hæc enim neminem fugiunt.

§. XIV. Moleſtias vero & labores regni pariter ac vitæ civilis, Abarbanel accuſans, indeqve otium & vitæ tranqvillitatem exoptans, conſentientes iterum ſibi habet graviſſimos

qvos-

qvosqve moralium civiliumque rerum Doctores. Plutarchus in libello: *An rectè dictum ſit latenter eſſe vivendum*, ita ingenii exeruit vires, ut parum omnino abſit quin tela omnia extorſerit regnandi cupidisſimis, quibus ſuam libidinem tuentur atq; defendunt. Hoc verò & Columella, Virgiliusq;, Plinius pariter ac Xenophon, ut & ipſe Cicero integris demonſtrarunt voluminibus, prudentisſimos qvosq; doctũ ejusmodi otium, qvo in villis ſuis potisſimum fruebantur veteres, civilium rerum tractationi tumultibusqve urbanis non ſine ratione quandoque prætulisſe. conf. Taubmannus *in Georg. Virgil. lib. 2. p. 207.*

& Muretus *Variar. Lect. Vol. I. p. 604.*

§. XV. Nemo verò mę qvidem judice aptius hâc de re diſſerit Horatio, prorſus ut non ſint à noſtro inſtituto aliena, qvæ de vitandis ſtudiis civilibus profert in Epiſtola ad Ariſtium. Etenim illos qui ſuis cupiditatibus nec modum nec finem ſtatuunt, ſed omnem movent lapidem, ut rebus negotiisq; publicis admoveantur, hoc demum agere contendit, ſuis cervicibus ut attrahant graviſſimā ſervitutem. Æqvè ac Abarbanel, Regnum qvidem præcipuè, ſed & omnes tamen honores publicos, *ſervitutem, onusq; graviſſimum* dixit. Idqve apologo nos edocuit Venuſino Vates:

Fuge

Fuge magna: licet, ſub paupere tecto,
Reges & Regum vitâ præcurrere amicos.
Cervus equum pugnâ melior communibus herbis,
Pellebat, donec minor in certamine longo,
Imploravit opes hominis frenumq; recepit:
Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte,
Non equitem dorſo, non frenum depulit ore:
Sic qui pauperiem veritus potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus atque
Serviet æternum &c.

Homini quippe equo frenum injicienti reſpondet immenſa

regnandi

riò qvandoqve eſſe adeundos. Sed ita potius utriusq; effata accipio, tum demum ut locum inveniant, ſi Viro ingenuo recuſare honores licet.

§. XVII. Jam quæ ex Valerio Maximo aliisqúe adducit Abarbanel, Principum labores gravisſimos, moleſtiam, ac ſervitutem comprobant. Effata autem quibus hæc onera deteſtati ſunt præſtantisſimi Viri ſi congerere aut referre vellem, rem ſanè ſuſciperem infiniti negotii atque laboris. Geminum prorſus eſt Antigoni iſtud apud Ælianum dictum: *An neſcis fili, regnum noſtrum nobilem eſſe ſervitutem? Hiſtor. Var. lib. II. c. XX.* Piget tædetq; plura addere. Cum omnes enim

tædia

tædia regnandi moleſtiasque loquantur, querulasq; ſubinde voces fundant, nemo tamen majori regnandi cupiditate flagrat, quam qui labores difficillimos periculaq; infinita obtentui ſumentes, honores omnes dignitatesq; aſpernari videntur. Eo majori honoris deſiderio flagrant mortalium plerique, quo majori ſtudio honores contemnunt. Tiberius quo majori contentione *Domini* titulum recuſabat, eo impotentius eundem concupiſcebat.

§. XVIII. Utique ignotum & aulæ & Principum prodigium eſt, *ut tum poſſint imperare, nolint tamen aut deſiſtant*, teſte Famiano Strada *Dec. I. Lib. I.*

Nihilo-

Nihilo ſecius nec vetera nec recentiora ſecula virtutum adeo ſterilia fuere, ut non ſpretæ Regiæ dignitatis protulerint exempla. De Diocletiano Eutropius: *Solus omnium poſt conditum Romanum Imperium, ex tanto faſtigio ſpontè ad privatū ſtatum civilitatemqve remeavit.* *Lib. IX. circa fin.* Lotharii vero, Johannisqve Cantacuzeni, Græcorum Imperatoris, qvorum uterque abjectâ purpurâ inter Monachorum cohortes ſacris operari, quam imperii ſtrenuè tenere clavum maluit, neſcio ſanè laudemne virtutē, an accûſem ſuperſtitionem? Neque enim inſolens eſt, ut illud ipſum quod ad æternum decus quosdam evehit, in aliis

parum

parum abſit, qvin reprehenſionem culpamq́; incurrat. Ut enim omnibus rebus, ita Seculis ipſis quædam quaſi adhæret labes, qvâ & Magnorum Virorū non rarò infecta ſunt facinora, ſummâ laude gloriaq́; digniſſima, hâc ipſâ ſi non fuiſſent commaculata. Qvo ergo tempore tam dira univerſo orbi incubuit ſuperſtitio, ut præclaræ etiam mentes illâ ceu catenis qvibusdam compedibusq; premerentur, eo uſq́; nonnullos fuiſſe abreptos haud difficulter crediderim, ut regno aliis permiſſo, otioſorum, magnâ tamen ſanctitatis opinione ſuperbientiū Monachorum cœtibus ſeſe immiſcerent. Quod magnanimi-

tatis cujusdam aut ingenuæ indolis eſſe videbatur, id qvidẽ ex ſuperſtitione dirâ, profanoque errore profectum fuit.

§. XIX. Aſt adduxiſſe quoq; multos regnandi moleſtiam, tædiumq́; honorum, eousq; haud inficior, ut coronam purpuramq́; abjicerent. Theodohatum certè Gothorum Regẽ, vel tranquillitatis publicæque rei amor impulit, ut ſeſe abdicaret imperio, ſaltem ne Juſtiniani arma victriciasq́; copias, ſubditorum ſuorum attraheret cervicibus. Multorum inde elogiis celebratus eſt *vid.* Goldaſti *Conſtit. Imperial. T. I. p. 7.* De Wambâ qvodam Hiſpaniæ Rege *vid.* Baronius *T. VII, Annal, ad H. C. 680.* Thuanus

nus quoque *lib. XVI. ad A. C. 1555.* conferri meretur.

§. XX. Conticeſcant vetera: vidit recentior quoque ætas & attonita ſuſpexit Carolum V. Cæſarem, in medio rerum curſu ſcenæ huic ſeſe ſubtrahentem, hortiq; culturæ & arborũ inſitionibus triumphales commodantem manus. Jure meritoque Famianus Strada dixit: *Declamatorum in Scholis, Politicorum in aulis, tum temporis non aliud fuiſſe argumentum quam Cæſarem abdicantem. Dec. I. lib. I. p. 16.* Hîc verò qui aut rerum humanarum tædio, aut divinarum amore, aut imbecillitate corporis eundem adductũ fuisſe, imperio ut valediceret, putant, parum quidem penſi

habent

habent illud quod Polybius docet, civilium rerum cauſam aliam, aliamq́; ſemper, quâ imperitis illudant, eſſe ſpeciem; magna præterea conſilia, à multis plerumque cauſis, ceu magna navigia à pluribus impelli remis. Aſt hoc quoque torquebat Carolum, quod fortunam adeò ſibi faventem non haberet. Aliosque jam induerat mores, vel ipſo non diffitente: *Fortunam juvenibus eſſe amicam.* Hujus ergò fallacibus complexibus quo minus diutius ſeſe committeret, id quidem erat prudentiæ ſingularis: quemadmodum nec magni atque excelſi animi laude caret, tam promptè qvod depoſuerit, *illud, qvod pretioſiſſimum*

ſimum in mundo eſt, coronam.

§. XXI. Dignum profectò facinus quod fœminarum facilè doctisſima, ſplendisſimumque Septentrionis ſidus, fortisſimarum gentium Domina, imitaretur: Dignum hercle! quod ſequeretur Sarmaticæ gentis Heros fortisſimus, egregiis quidem facinoribus, ſed vel maximè hoc ipſo cum ſummis celeberrimisq; Imperatoribus conferendus. Hosce omnes vero, ut puto, ipſe uſus condocuit, non minus ex tripode, quam Delphicum iſtum Apollinem, pronuntiasſe Abarbanelem, aliosque, *Regnum nihil aliud, quam nobilem eſſe ſervitutem.* Nec honorum nec voluptatum blandimentis retineri

tineri quandoque potuere generoſæ mentes, quo minus ſuâ ſponte excusſo hoc ſplendidæ ſervitutis jugo, in libertatem ſeſe vindicarent.

§. XXII. Etenim falluntur qui ex vitæ ſplendore, aut voluptatibꝰ, aut vanisſimis honorum titulis, Regiam metiuntur dignitatem. Hosce rectius ſapere docebit Senum Mycænorum chorus in Thyeſte Senecæ p. m. 241.

Regem non faciunt opes,
Non veſtis Tyriæ color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt qvi poſuit metus,
Et diri mala pectoris;
Qvem non ambitio impotens,
Et nunqvam ſtabilis favor
Vulgi præcipitis movet.

 Con-

Conſentit omnino Abarbanel, hunc demum regno dignũ judicans, qvi effrenatarũ cupiditatũ victor, reſpuere regnũ didicit, adeoq; qvod Stoici ajebãt, *ſine regno Regem agere poteſt.* Imprudentiæ] enim ac temeritatis haud obſcurè illos arguit, qvi, parum regnorum onera moleſtiasq́; ſecum expendentes, intempeſtivo ſaltem impetu abrepti, aliis ſeſe obtrudunt.

§. XXIII. Hieronymus vero Oſorius Algarbienſis Præſul *regnum, ſervitutem,* Regumquẽ *vitam, miſeram* dici, adcò ægrè fert, ut jucundisſimam potius amœnisſimamq́; esſe contendat: *de Inſtitut. & Diſcipl. Regis lib. VIII. p. 264.* non qvod au-

ro

ro purpuraq; fulgeant, ſervorũ undiq; cingantur gregibus, aut genio indulgere lautius qveant: qvod utiqve à felicitate tam procul abeſt, ut nihil ſit clamitoſius iſto hominum genere, qvi hiſce delectantur: Sed qvod virtus neminem magis deceat, nemoq; illuſtriora virtutis edere ſpecimina poſſit, qvam qvos, ut Plinius inqvit, *æqvata Diis immortalibus poteſtas* ſupra homines evexit.

§. XXIV. Etenim ita rationes ſecum ſubducit Luſitanicus Præſul: Si voluptas, qvam ex virtute utiqve percipit ingenua mens, nec in otio aut qviete, ſed in præclaris ſaltem actionibus conſiſtit: tanto majorem

profectò hanc voluptatem eſſe oportet indeqve reſultantem felicitatem, qvanto excellentior exerendæ virtutis occaſio, unicuique affulget. Quis verò freqventius occaſionem exerendæ virtutis nanciscitur Rege? Hinc ergo ſi felicitatem vitæq; jucunditatem æſtimes, tantum abeſt ut miſera Principum Regumq; vita dici debeat, ut potius nemo mortalium, tantam percipere qveat voluptatem.

§. XXV. Ita omnino eſt, ſi ex illorum legibus, qvi ſuis præceptionibus morum diſciplinā complexi ſunt, ſententiam feras. Neqve tamen impedit, qvo minus & felix & miſera Regum appelletur vita: ut enim jucun-

dæ

dæ eſt voluptatis, rem præclaram gerere, ita ſubditorum ſemper invigilare commodis, & ad varias fortunæ caſus ſe circumagere, tam parum à calamitate abeſt, ut durisſimam ſervitutem jure meritoque appellites. Nulla qvoqve temerè datur virtus qvæ non vitii cujusdam lædatur confinio: nec facilè in tanta fortuna, ſuas adeò qvis frenare cupiditates didicit, ut non qvandoqve illis habenas laxet.

CAPUT IX.

Σύνοψις.

Cur oleum DEO hominibusqve in pretio eſſe dicatur? Explicatio Abarbanelis. De vario olei uſu ex eodem. Præcipuus

erat in unctione. Unctio Regü & Sacerdotum; quomodo differat? Oleum unctionis quid? de profano olei uſu. De Regum moleſtiâ aliud argumentum Abarbenelis ex voce נרע *Vini uſus in libaminibus indicatus ab Abarbanele: idem apud Ethnicos. Errores politicos populi Iſraëlitici oſtendit Abarbanel. Imprudentiam & improbitatem ejus redarguit. Interitus & ruina populi Sichemitici. Quæ ejus cauſa? De mutationibus Rerumpublicarum. Num ab aſtris? an à fato quodam inevitabili juxta Stoicos? Cauſas mutationum occultas & latentes dari, probatur teſtimonio Bodini & Prioli. Easdem in ipſis hominibus quærendas ju-*

xta

xta Abarbanelem. Faſtidium ſtatus præſentis multum huc qvoqve confert. Vaticicinium Jothami exponitur ab Abarbanele: eventu accuratè fuit comprobatum. De divinationibus politicis Digreſſio. De his qvid veteres ſenſerint? Cauſa divinationis an tacitus qvidã & latens inſtinctus juxta Petitum & Mirandulanum? Sententia illorum explicatur, refellitur. Divinationem Jothami fuiſſe ſupernaturalem probatur. Vaticinia de fatis Rerumpublicarum. Qvid de illis ſentiendum? Non temerè illis credendum, nec facilè tamẽ negligenda eſſe probatur. A vaticiniis qvantum periculum Rebus-publicis qvandoqve im-

 mineat?

mineat? *Huc divinorum vaticiniorum prava interpretatio ſpectat. Vaticiniis quandoqve abuſi ſunt homines factioſi, ad res novas moliendas.*

§. I. PErluſtrare pauliſper Criticorum campos juvat; ex qvibus flores qvosdam, ne civilis prudentiæ qvidem cultori prorſus contemnendos, decerpit Abarbanel. Etenim de olea quod dicitur, Diis hominibusq; eandem in pretio esſe, de fructu ejus hoc intelligendum contendit, qvē in ſacris pariter ac qvotidianis humanæ vitæ commerciis, magni & egregii prorſus uſus esſe, neminem fugit. ואחרי אשר עם השמן יכבדו אלהים ואנשים כמה שידליקו הנרות במקדש ובמשיחת

Digitized by Google

ובמשיחי הכהנים והכלים והית
השמן פרי הזית היוצאת ממנה
הנה אם כן הכבוד תמיד עמה
בטבעה אעפי שלא תמלוך

Cum autem oleo honorent DEUM hominesq́; , eo qvod illo accendantur lampades Sanctuarii, unctio qvoq́; Sacerdotum, Vaſorum, & Regum peragatur: oleũ autem ſit fructus ex olea provenniens, hoc cum ita ſit, honorem per naturam ſecum conjunctum habet, etiamſi non imperet.

§. II. Hîc ſi antiqvos Hebrææ gentis replicare ritus moresq́;, per inſtituti leges liceret, plura afferre haud difficulter poſſem, qvæ populi hujus Doctores de variis oleorum generibus, am-

pliſſimoq; eorundem uſu, tradunt. Abarbanel autem ad qvatuor capita cuncta reducit. Et initio qvidem ad Lampadũ præparationem oleum reqvirebatur, quod ex loco peculiari Tekoah allatum, docet Maimonides *de Rebus prohibitis ad altare Cap. VII. n. 2.* Præterea Summum Sacerdotem ungi eo tempore moris erat, quo nondum deſtituebantur *oleo unctionis*, hinc & ſolenni formula:

כהנים משוחים בשמן המשחה

appellitabantur. Ex quo autẽ hoc oleo caruere, veſtibus ſacris eundem ornando, conſecrarunt, indeque מרובה בגדים vocabatur. *conf.* Maimonides *in Kele Hammikdaſch c. IV.* Joſephus

ſephus *Antiq. Judaic. Lib. XV. c. 3.*

§. III. Regis vero unctio, cujus itidem Abarbanel memi- nit, in eo quidem ab unctione Sacerdotis haudquaquam dif- ferebat, quod utrinque יציקה, *affuſio*, locum haberet, idemque utrobique adhiberetur oleũ: haud exiguum tamen in eo in- tercedebat diſcrimen, quod ad fontem, neſcio cujus felicis augurii cauſa, Regem ungi mo- ris eſſet: aliaqve ratione un- ctio peragerctur. *conf.* Abarba- nel *in Exod. XXX.* Miſchna *in Kerithuht cap. V.* Maimonides *in Hal. Melachim cap. I. it. in Kele Hamicdaſch. c. I.*

§. IV. Reges quoque ipſi non unâ eâdemque ratione

ungebantur. Reges enim Jehudæ delibutos fuiſſe conſtat oleo, quod vocabatur שמן המשחה, Iſraëlitici autem oleo quod שמן אפרסמון appellitabant, teſte Maimonide:

אין מושחין מלכי ישראל בשמן המשחה אלא בשמן אפרסמון

Reges Iſraëlis non unguntur oleo unctionis, ſed tantum oleo balſami. Hal. Melachim c. I. & in Kele Hammikdaſch Cap. I. Per oleũ autem unctionis iſtud intelligebant, quod ipſe Moſes, Vir divinus, deſcripſit *Exod. XXX. 28.* ex cujus mente ſententiaq́; modum iſtud conficiendi oſtẽdit Maimonides *l. c.* Quid *oleum Balſami* fuerit ediſſerit Kimchius ad *2. Reg. XX. 13.* na-

tales ejus ad urbem Jericho, referens, quæ ab odore quoq; nomen retuliſſe dicitur.

§. V. Vaſa denique ſacra, quorum mentionem injicit Abarbanel, oleo delibuta à profano uſu fuiſſe ſeparata, nō tantum divinitus edocemur à Moſe, ſed ab Hebræorum quoque Magiſtris, ultra quam par eſt, de rebus minimis ſollicitis accuratè memoriæ proditum eſt, c. Maimonides in *Kele Hammikdaſch.* Sed & ornamenti, aut ſanitatis cauſâ, aut ſuperſtitione quâdam abreptos ſeſe unxiſſe Hebræos in Hieroſolymit. Talm. *Tract. Maaſer Scheni*, alibiq; refertur. Unde quidē luculentum eſt, quod Abarbanel docet, ex ritibus moribusq;

Judæorum fluxiſſe hoc Jothami effatum: *oleum DEO hominibusq; in pretio eſſe.*

§. VI. Ceterum in Apologo Jothami olea ita verba facit: *Num linqvam pingvedinem meam, qvam in me laudant Dii hominesq;,* לנוע על העצים i. e. ut Abarbanel exponit: שתנעע ומטלטלת עליהם *ut cum motu & agitatione qvâdam incumbam illis.* Rationemq; ſubjungit ex ſuperioribus petitam: כי המלכות אינו כי אם טלטול ותנועה ועמל *qvia regnum nihil aliud eſt, qvam motio, & agitatio & labor,* cum magna moleſtia atque onere conjunctū.

§. VII. Arborum ergò ad ficum ſermonem dum refert Jotha-

Jothamus, callidè removet quicquid obſtaculo illis & impedimento eſſe poterat, quo minus petitionibus ſuis locum relinqueret, ideoque dicit: לכי את מלכי עלינו. Cujus quidem effati hæc ſententia eſt ſecundum Abarbanelem: *Fateor, moleſtum perqvam eſſe & cum maximo onere tædioq; conjunctum regnum*, (hoc innuit vox לכי) *nihilo-ſecius, ne qvæſo iſtud recuſes.* Etenim, ſi Abarbaneli credimus, reſponſione oleæ cautiores factæ, arbores, aſtutè omnem elabendi rimã obturare voluerunt, rebus ſuis eò rectius conſulturæ. Aſt reſponſum ejusmodi tulerunt, inde ut concludat Abarbanel: שגם העשיר עם היותו כוסף הכבוד

הכבוד פעמים ישנא את הרכבות *qvod licet divites gloriæ deſiderio teneantur, ſæpius tamen & ipſi dominatum reſpuant.* Utiq; enim opes divitiæq; imminuuntur, cum novus honor, aliã vitæ conditionem aliosque mores poſtulet.

§. VIII. Tandem ad vitẽ accedentes arbores, ne tum quidem voti ſui damnatæ ſunt. Spiritus illi dabat, magnum iſtud, qvod mortales vino ſtatuerunt pretium. Hinc repulſa: additâ ratione, quod Deus hominesq; recreet: idq; ideo, docente Abarbanele, quod frequens vini in libaminibus uſus ſit. conf. R. Sal. Jarchi *ad Num. XV.* Tranſit quoque ad Ethnicos

nicos iſta conſvetudo præſertim Romanos, qui fictilibus pateris illud offerre conſveverunt, quæ peculiari voce *Simpuvia* dicebantur. c. Plinius H. N. *lib.XXXV.c.XII.* Arnobi9 *adv. Gent. lib.IV.p.148.* & Stevvechius *ad h.l.p.107. 108.* Rubenius *in Electis lib.2. cap.VIII.*

§. IX. Quod reliquæ recuſaverant opus arbores, Spina haud difficulter ſibi imponi paſſa eſt: evidenti argumento, impotentis eſſe animi, ardentiori quam par eſt deſiderio capeſſere honores. Populi Sichemitici ſimul perſtringitur inſania ', mortalium perditiſſimo ſummam rerum deferentis. Illum verò duplici nomine redarguit Abarbanel:

הארור

מאחר באופן הממלכה שלא
עשו אותה כראוי ובדרך העצים
השני מאשר געלו רעה לבית
גדעון *Primum qvidem ratione ipſius regni* (peccavit populus Sichemiticus) *eò qvod circa iſtud non ita verſati ſint at conveniens erat, & ad exemplum arborum: alterum verò, qvod malum pro bono retribuiſſent familiæ Gedeonis.* Hinc quæſtio iſta Jothami:

אם באמת ובתמים עשיתם

Imprudentia ergo præcipitem dedit populum Sichemiticum. Ecquid enim imprudentius quam peſſimo mortalium ſummā rerum committere? Accedebat ſumma improbitas, ſobolesq́ue Gedeonis ingratè & in-

impiè non repudiata ſolùm,ſed & trucidata. Hinc ferales cecinit prædictiones Jothamus, tacitoq́; præſagio ſermonem finit, tum Abimelechi flebilem obitum, tum populi urbisqve Sichemiticæ ruinam triſtiaque fata,haud obſcurè ſignificans.

§. X. Omnis verò mali cauſam,à perverſis pravisq́; Sichemitarum moribus derivat.Procul enim facesſant,qvi vanitate qvâdam perciti, Aſtrorum incuſare vim & malignam efficaciam conſveverunt,qvoties gravioribus motibus Reipublicæ conqvasſatur navis. Non dabo hoc Johanni Baptiſtæ Morino, doctisſimo ceteroquin Viro, ut exiſtimem, tam duro aſtrorum jugo mortales

premi

premi,ad illorum leges ut unicè illis vivendum ſit, fataque ab eis deſtinata ſibi, nunquam aut rarò declinare poſſint. Sanè hæc vaniſſimorum hominũ commenta jam pridem exploſa ſunt, à Johanne Pico Mirandulano *in libr. XII. adv. Aſtrologos* Paulo Merula *lib. II. Cosmograph. General.* & præcipuè Petro Gasſendo, Epicureæ Philoſophiæ Inſtauratore ac Vindice longè feliciſſimo *Lib. VI. Phyſ. Sect. II.* Niſi ſanè cum Richtero *Axiom. Polit. XXXIV.* aſſerere velis: *Abimelechum Capricornũ in Horoſcopo aſcendentem habuiſſe.* Id genus hominibus enim proprium hoc eſſe ac nativum contendit, magnas mutationes & pericula ut adeant Res-

publicæ

publicæ in qvibus nati ſunt, ſi non intereant penitus aut evertantur.

§. XI. Nec rectius hîc ſibi conſulunt, qui Stoicorum interturbantes porticum, duras fatorum increpant leges, quæ imperiis quoque urbibusque ſuos præfinierint limites, terminosque conſtituerint, qvos qvoties attingunt, toties, confecto, quod ſibi decurrendum erat ſtadio, declinent iterum, præcipitiq; caſu ad perniciem ruant. Neque omnino diffiteor, licet hominum mores hic plurimum ſibi vendicent, aliaque ab hominibus profecta, quæ humanis quoque conſiliis corrigi facilé ac emendari posſunt: nihilo-ſecius providam

Numinis

Numinis curam in occulto ſæpius res ſuas agere, cognitionemq; mortalium, & omnem intellectus vim multis ſuperare modis palam eſt; inde ut fata, ſicuti vocantur, quædam imperiis ac Rebuspublicis immineant, qvæ ut adverti à nemine, ita multò minus hominum induſtriâ præcaveri posſunt.

§. XII. Hoc prudentisſimę qvisqve fasſus eſt, interq; eos Bodinus *de Republ. p. 271.* & Tholoſanus *lib. XXI. de Repub. cap. V. & VI.* Idem quoque Beniamin Priolus arbitratus eſt *lib. II. n. 47.* conſentientem in eo ſibi habens Franciſcum Gvicciardinũ *in Hypomn. p. 139.* qvi non infelicem capit civitatem

tem eſſe contendit, *qvæ dum Secula multa floruit, de dignitate ſua dejicitur.* Etenim cum nihil in orbe terrarum ſit, nullā qvod mutationem aut viciſſitudinem ſubeat, præſtare ceteteris omnino cenſetur, qvod qvam diutiſſime in ſuo ſe tueatur ſtatu, ruinamq; & perniciem declinat. Numinis hîc arcanam diſpenſationem veneramur: procul faceſſere jubentes qvicqvid fatorum aut neceſſitatis, præter hanc, commenta eſt dira ſuperſtitio: multò minus vero illis ſubſcribentes, qvi revocatâ ex orco Pythagoræorum diſciplina, ex numerorū vi et efficaciâ, regnorum qvoqve metiri & dijudicare varios ancipitesq; caſus irrito auſu annituntur.

§. XIII. Hi

§. XIII. Hi omnes profecto nubes & inania prenſant. Rectius eosdem ſapere docebit Abarbanel, Sichemitas non fati iniqvitate abreptos, aut aſtrorum coactos legibus, ſed ſibi ipſi permisſos, conſiliis imprudentisſimis & improbis facinoribus ſuam ſibi finxisſe fortunam, ultimamq́; adeò perniciem ſuis attraxisſe cervicibus. Licet enim qvandoqve externis ſuccumbat hoſtibus, fraudiq́; unius pateat, aliosq́ve humanæ impotentiæ aut fragilitatis caſus Respublica experiatur, plurimum tamen civiū virtutes criminaq́; ad ejus tum tranqvillitatem ac perennem incolumitatem, tum etiam ruinam interitumqve conferunt.

§. XIV. Non

§. XIV. Non texam nunc ſeriem ſcelerum, qvorum ad Rempublicam deſtruendam magna vis eſt. Saltem Sichemitarum exemplo, non certiorem brevioremq; ad ruinã viam eſſe, Abarbanel cenſet, quam cum Dominorum pertæſi cives, ad nova feruntur, abripiunturq; conſiliis hominum peſſima qvæque ſvadentium. Præſertim verò ſi nec merita nec virtutes illorum penſi habent, qvibus nihil prius unqvam aut antiquius fuit, quam fortisſimis facinoribus, pectusq; intrepide objiciendo hoſtibus, ſuorum conſulere ſecuritati. Nemo facilè rationis, aut juris, quod natura omnes docuit, expers erit, ut

non execrerent ingratiſſimos mortalium, quibus ſummorũ Virorũ merita, nunquam tanti fuerunt, ut non in ipſos vel illorum gentem poſterosque ſævirent, omnemque furorem effunderent. Neq; ſane Atheniensium aut Romanorum tãtum hoc ſcelus fuit; quorum exempla refert Valerius Maximus *Lib. V. c. 3.* Sed Carthaginienſes quoque & Sichemitæ, non alio magis, quam hoc ſcelere & Numinis provocarunt iram, ſeque dederunt præcipites, & horrendis involverunt cladibus.

§. XV. Unico ergo faſce complectitur Abarbanel, qvas rerũ civilium arbitri, afferunt cauſas, ex qvibus peſtis omnis imperi-

periorum urbiumq; fluit. Improbitas ac imprudentia civium,ſed & ipſorum Principum, regna deſtruit,imperia evertit, urbesq; florentisſimas ſolo æqvat. Et qvis non humanam accuſat pravitatē? indeq; profluentem Rerumpublicarum interitum atqve ruinam conqueritur? Vel Sallūſtii teſtimoniis res confici & evinci posſet,pasſim ſignificantis,propter perditisſimos Romanorū mores;*Rempublicam paulatim fuiſſe immutatam , & ex pulcherrima pesſimam factam*,*de Bello Catilin. Cap. V. VI. VII.*

§. XVI. Jam vaticinium prædictionemq; Jothami,ita exponit Abarbanel : ואם אין תצא אש מאבימלך ותאכל את בעלי שכם

שכם הנמשלים כארזי הלבנון׳
וכאשר יהיה זה באמת לא
ימלט גם הוא׳ אבל יצא אש
מבעלי שכם ותאכל את
אבימלך׳ כי כן דרך האש
להדליק בו שאר העצים
שגב ישרוף גופו *Si verò hæc ita ſe non habeant* (ſi non rectè egiſtis rejiciendo & trucidando ſobolem Gedeonis) *egredia- tur ignis ab Abimelecho, & come- dat Sichemitas, qvi ſimiles ſunt cedris Libanon, & cum qvidem hoc reverà contigerit, ne ipſe qvi- dem* (Abimelechus) *eripietur: Sed egredietur ignis ab incolis Sichem & comedet Abimelechum: iſtud qvippe ſpina evenire ſolet,*

eâ

eâ ut accendantur alia ligna, deinceps vero comburatur & ipſa.

§. XVII. Qvod qvidem vaticinium eventu ita comprobatum fuit, ut, ſecundum ſuperſtitioſam Græcorum diſciplinam, ex tripode pronuntiatum fuiſſe, videri qveat. Sichemiticam quippe evertendo gentem Abimelechus, ſuam ipſe ſibi acceleravit mortem. Qvis verò afflatu ſuo genius Jothamum perculerit, certis adeò infallibilibusq; prædictionibus, ut fata tum Abimelechi, tum Sichemitarum indicare potuerit, id verò non adeò exploratum omnibus eſſe arbitror. Neqve enim dubito, qvin Jothamus rationes ſecum ſubducens, moresq; Sichemitarum

& Abimelechi accuratiori calculo metiens, haud difficulter inde intellexerit, perenne diuturnumq; hoc dominiũ haud qvaqvam fore.

§. XVIII. Prudentis qvippe eſt, cuncta inter ſe conferendo, futuros inde elicere eventus, indeque prædictiones ejusmodi & divinationes exortæ ſunt, qvas *civiles politicasq;* dicere nonnulli conſveverunt. Cornelius Nepos rerum civilium peritisſimus auctor, prudentiã qvodammodo divinationem esſe autumat *in vita Attici cap. IX.* Laudatque Ciceronem qvod futura *ut vates prædixerit.* Jn qvo hercle! à vero parum aberravit. Neque enim de ſe ipſo hoc diffitetur Tullius

in

in Epiſtolis ad A. Cæcinnam, Licinium Calvum, alioſq; familiares. Apud Livium vero exempla Hieronis *lib. XXIV. c. IV.* Eumenis *lib. XXXV. c. 13.* Annibalis, *ibid.* præcipuè verò Scipionis, idem comprobant, nihil freqventius aut uſitatius fuisſe ſummis qvibusvis & excellentisſimis Viris, qvam præſagire, & de futuro rerum ſtatu certa qvaſi edere oracula.

§. XIX. De hisce omnibus uſurpaveris fortasſe iſtud Diodori: Ἔδοξε θεῶν τινὰ χρησμὸν εἰρηκέναι *lib. XVII. c. 6.* Aſt qvalis fuerit iſta divinatio, haud obſcurè verba Scipionis apud Livium docent: *Quod mens ſua ſponte divinat, idem ſubjicit ratio haud fallax.* Licet enim divi-

nationem à ratione ſecernat: fieri tamen neqvit, ſecus ut ſe res habeat, profluatq; aliunde futurarum rerum notitia, quã ex cauſarum diligenti conſideratione, qvæ ſane ejusmodi eventum, niſi fortunæ vi ſingulari impediantur, non posſint non ſecum trahere. Etenim tacitum qvendam atqve latentem animi inſtinctum, quo ad futura prædicenda feratur rapiaturve, qvis ſibi perſvadebit?

§. XX. Ferax adeò monſtrorum noſtrum Seculum fuit, ut homines qvoqve tulerit, qvi neſcio qvem naturalem vaticinandi impetum, mentib9 mortalium tribuerent. Et Petrus Petitus qvidem, Vir doctiſ-

ſimus

ſimus, jam ſibi applaudit, verum qvod detexerit fontē, ex qvo Sibyllina fluxerunt oracula. Jam pridem verò iſtud egit Picus Mirandulanus, qvi in libro de *Rerum Prænotionibus* ita disſerit, ut reconditam qvandam naturalemq; futurorum præſenſionem, rebus nonnullis ineſſe contendat: qvam cum rationi tribuere ineptum eſſet, ad DEUM vero referre improbum inſuper, iſtud tandem ſupereſt, ut occultum latentēque vim præſagiendi, hominibus qvoqve qvibusdam inditam, admittamus. Qvæ ſi ita ſe haberent, temperamenti, ut vocant, leges obſtare, arbitrari par eſt, qvo minus qvilibet homo futura calleat: excitari au-

tem per civilium, ſacrarum, aliarumque rerum tractationē, hanc vaticinandi facultatem, animumq́; præparari, ut futuræ illarum rerum imagines eidem offerantur, quarū ſedulâ cogitatione fatigatur.

§. XXI. Aſt valde vereor ut illorum calculum promereantur, qvi accuratius cuncta ſecum expendunt. Obſtant ſane limites, qvibus natura intellectum, cognitionemqve humanam circumſcripſit. Obſtant ſanctioris cultus noſtri decreta, & divinarum litterarum auctoritas, qvæ ſoli DEO futurorum notitiam vendicat. Qvin, ipſi Ethnici vates futurorum præſcios, non per naturam, ſed per ſingularē Numinis favo-

favorem aſſerebant. Notum eſt iſtud Heſiodi:

Μάντις δ' οὐδείς ἐστιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
ὅστις ἂν εἰδείη Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.

Vates autem nullus eſt inter homines terræ incolas.
Qvi noverit mentem Jovis Ægiochi.

Idem ſentit Pacuvius apud Gellium *lib. XIV. N. A. c. I.*

Nam ſi qvi,qvæ eventura ſunt provideant,
Æqviparent Jovi

Adde hoc Horatii: lib. III. Carm. Od. 29.

Prudens futuri temporis exitū,
Caliginoſâ nocte premit Deus.

Et illud Statii Theb. III.

Qvid craſtina volueret ætas
Scire nefas homini &c.

Unde & præclar' ille inter Romanos vates, Marcius, cum fidē vaticiniis ſuis facere vellet: *Nam mihi*, inquit, *ita Jupiter fatus eſt*. ap. Livium *lib. XXV. c. 25*.

§. XXII. Qvi ergo futura rerum humanarum prædicere fata, qvæ mentis noſtræ aciem fugiunt, cognitionemq́; mortalium excedunt, conantur, quin geniorum qvorundam commercio utentes, talia edoceantur, nullus dubito. Sanè Jothamum divino qvodam afflatu perculſum, hæc protuliſſe arbitror. Eqvidem erat iſta rerum facies, ut haud difficulter intelligeret, fore, ut Sichemitas ſtultitiæ ſuæ & imprudentiæ magna ſubiret pœnitentia, ſimul

mul v., ut Abimelech⁹ ſuæ improbitatis daturꝰ eſſet pœnas, qvo pacto, præeunte tantū ratione, intelligere potuerit, non video. Ipſam mortē quippe interitūq; ejꝰ, indicat, qui temerè & caſu qvodam evenisſe, hominibus prudentisſimis quoque videri poterat; adeoqve fruſtra, anteà ab humano intellecto eundem ſciri aut cognoſci potuisſe, quisquam exiſtimaverit.

§. XXIII. Ceterum ruinas urbium & Rerumpublicarum, plerumque vaticiniis quibusdam aut prædictionibus, vel omnino quæ huc ſpectant, præſagiis ominibusque indigitari, conſtans multorum eſt ſententia. Noſtrâ vero ætate hæc

omnia ita eſſe comparata, ut vix fidẽ mereantur judicat Johannes Andreas Boſius *Introduct. in Notit. Rerumpubl. c. XVI. p. 121.* Præſagiorum verò vanitatem & incertitudinem etiam alii reprehenderunt. vid. Forſtnerus *Not. in Tacit. Annal. XIV.* Omnia verò ſi accuratius mecum expendam, nec avidè arripiendas, nec temerè rejiciendas prædictiones autumo. Utrinque enim nubes quandoq; mentibus hominum objicitur & denſa caligo, qua impeditæ nunquam rectè ſibi conſulunt. Id quod Conſtantinopolitani cives vaticinii cujusdam vanitate, in extremam conjecti miſeriam, omnes ſuo condocebunt exemplo. conf. Beſoldus

de

de Imperator. Orient. poſt avulſ. Occid. p. 578.

§. XXIV. Vaticiniorum ope qva ratione tempore Gratiani orbem conturbavit Theodorus qvidam, Ammianus Marcellin9, & Zoſimus memoriæ prodiderunt. Ille *lib. XXXI. c. 26.* hic *lib. IV.* De Johanne Cappadoce vid. Procopius *Perſicorum lib. II.* & Leuncalvius *Hiſtor. Turcic. Lib. XVIII.* Hinc jure meritoqve legibus cautum fuit, ne de ſalute Reipublicæ aut Principis vaticinia ederentur. Nulla res efficacior eſt in plebejorum animis ſuperſtitione. Nec facilius aut ad jugum qvatiendũ frenaq; mordenda, aut res novas moliendas adduci poſſunt, qvam

qvam ſi religio Numinisq́; juſſus obtentui ſumatur, vaniſque prædictionibus, ad graviſſima impellantur ſcelera. conf. Forſtnerus *ad Annal. Tac. lib. II. p. 295.* Apud Viſigothos ipſa qvoque cupido, futuras res Principumque fata cognoſcendi, graviſſimis coërcebatur pœnis, vid. Lindenbrogius *ad Lib. 29. Ammiani Marcellini.*

§. XXV. Nec minus periculoſiſſimis exponuntur fluctib9, parumq́; à naufragio abſunt, qui divinorum oraculorum, in Scripturâ comprehenſorum, variâ ad præſentia tempora accommodatione, Regnorum & Rerumpublicarum, qvin totius orbis hinc dijudicare fata anni-

tun-

tuntur. Inconſulto impetu graviſſimis ſeſe ipſos erroribus involvunt. Tanta enim ſacrarum litterarum eſt profunditas, operam omnem ut perdat, vaticinii cujusdam accuratè efferre ſenſum, qvisqve annititur, priusquam eventu fuerit comprobatum. Hoc omnes Hieronymus edocere poterat, ad *Cap. XII. Danielis. Si Propheta audivit & non intellexit, qvid facient hi, qvi ſignatum librum, & usq; ad tempus conſummationis multis obſcuritatibus involutum, præſumtione mentis ediſſerunt.* Sanè parum abeſt, quin de ejusmodi vaticiniorum divinorum interpretatione idem cenſeam, qvod de Oraculis Sibyllinis pronuntia-

nationem à ratione ſecernat: fieri tamen neqvit, ſecus ut ſe res habeat, profluatq; aliunde futurarum rerum notitia, quã ex cauſarum diligenti conſideratione, qvæ ſane ejusmodi eventum, niſi fortunæ vi ſingulari impediantur, non posſint non ſecum trahere. Etenim tacitum qvendam atqve latentem animi inſtinctum, quo ad futura prædicenda feratur rapiaturve, qvis ſibi perſvadebit?

§. XX. Ferax adeò monſtrorum noſtrum Seculum fuit, ut homines qvoqve tulerit, qvi neſcio qvem naturalem vaticinandi impetum, mentibꝰ mortalium tribuerent. Et Petrus Petitus qvidem, Vir doctisſimus

ſimus, jam ſibi applaudit, verum qvod detexerit fontē, ex qvo Sibyllina fluxerunt oracula. Jam pridem verò iſtud egit Picus Mirandulanus, qvi in libro de *Rerum Prænotionibus* ita disſerit, ut reconditam qvandam naturalemq; futurorum præſenſionem, rebus nonnullis inesſe contendat: qvam cum rationi tribuere ineptum esſet, ad DEUM vero referre improbum inſuper, iſtud tandem ſupereſt, ut occultum latentēque vim præſagiendi, hominibus qvoqve qvibusdam inditam, admittamus. Qvæ ſi ita ſe haberent, temperamenti, ut vocant, leges obſtare, arbitrari par eſt, qvo minus qvilibet homo futura calleat: excitari au-

 tem

tem per civilium, ſacrarum, aliarumque rerum tractationē, hanc vaticinandi facultatem, animumq; præparari, ut futuræ illarum rerum imagines eidem offerantur, quarū ſedulâ cogitatione fatigatur.

§. XXI. Aſt valde vereor ut illorum calculum promereantur, qvi accuratius cuncta ſecum expendunt. Obſtant ſane limites, qvibus natura intellectum, cognitionemqve humanam circumſcripſit. Obſtant ſanctioris cultus noſtri decreta, & divinarum litterarum auctoritas, qvæ ſoli DEO futurorum notitiam vendicat. Qvin, ipſi Ethnici vates futurorum præſcios, non per naturam, ſed per ſingularē Numinis favo-

favorem aſſerebant. Notum eſt iſtud Heſiodi:

Μάντις δ' ὐδείς ἐςιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων

ὅςις ἂν εἰδείη Ζηνὸς νοὸν αἰγιόχοιο.

Vates autem nullus eſt inter homines terræ incolas.

Qvi noverit mentem Jovis Ægiochi.

Idem ſentit Pacuvius apud Gellium *lib. XIV. N. A. c. I.*

Nam ſi qvi, qvæ eventura ſunt providéant,

Æqviparent Jovi

Adde hoc Horatii: lib. III. Carm. Od. 29.

Prudens futuri temporis exitū,

Caliginoſâ nocte premit Deus.

Et illud Statii Theb. III.

Qvid craſtina volveret ætas

Scire nefas homini &c.

Unde & præclar' ille inter Romanos vates, Marcius, cum fidē vaticiniis ſuis facere vellet: *Nam mihi*, inquit, *ita Jupiter fatus eſt*. ap. Livium *lib. XXV. c. 25*.

§. XXII. Qvi ergo futura rerum humanarum prædicere fata, qvæ mentis noſtræ aciem fugiunt, cognitionemq; mortalium excedunt, conantur, quin geniorum qvorundam commercio utentes, talia edoceantur, nullus dubito. Sanè Jotbamum divino qvodam afflatu perculſum, hæc protuliſſe arbitror. Eqvidem erat iſta rerum facies, ut haud difficulter intelligeret, fore, ut Sichemitas ſtultitiæ ſuæ & imprudentiæ magna ſubiret pœnitentia, ſimul

mul v., ut Abimelech⁹ ſuæ improbitatis daturꝰ esſet pœnas, qvo pacto, præeunte tantũ ratione, intelligere potuerit, non video. Ipſam mortẽ quippe interitũq; ejꝰ, indicat, qui temerè & caſu qvodam evenisſe, hominibus prudentisſimis quoque videri poterat; adeoqve fruſtra, anteà ab humano intellecto eundem ſciri aut cognoſci potuisſe, quisquam exiſtimaverit.

§. XXIII. Ceterum ruinas urbium & Rerumpublicarum, plerumque vaticiniis quibusdam aut prædictionibus, vel omnino quæ huc ſpectant, præſagiis ominibusque indigitari, conſtans multorum eſt ſententia. Noſtrâ vero ætate hæc

omnia ita eſſe comparata, ut vix fidẽ mereantur judicat Johannes Andreas Boſius *Introduct. in Notit. Rerumpubl. c. XVI. p. 121.* Præſagiorum verò vanitatem & incertitudinem etiam alii reprehenderunt. vid. Forſtnerus *Not. in Tacit. Annal. XIV.* Omnia verò ſi accuratius mecum expendam, nec avidè arripiendas, nec temerè rejiciendas prædictiones autumo. Utrinque enim nubes quandoq; mentibus hominum objicitur & denſa caligo, qua impeditæ nunquam rectè ſibi conſulunt. Id quod Conſtantinopolitani cives vaticinii cujusdam vanitate, in extremam conjecti miſeriam, omnes ſuo condocebunt exemplo. conf. Beſoldus

de

de Imperator. Orient. poſt avulſ. Occid. p. 578.

§. XXIV. Vaticiniorum ope qva ratione tempore Gratiani orbem conturbavit Theodorus qvidam, Ammianus Marcellin9, & Zoſimus memoriæ prodiderunt. Ille *lib. XXXI. c. 26.* hic *lib. IV.* De Johanne Cappadoce vid. Procopius *Perſicorum lib. II.* & Leuncalvius *Hiſtor. Turcic. Lib. XVIII.* Hinc jure meritoqve legibus cautum fuit, ne de ſalute Reipublicæ aut Principis vaticinia ederentur. Nulla res efficacior eſt in plebejorum animis ſuperſtitione. Nec facilius aut ad jugum qvatiendũ frenaq; mordenda, aut res novas moliendas adduci poſſunt, qvam

qvam ſi religio Numinisq́; juſſus obtentui ſumatur, vanisq́ue prædictionibus, ad graviſſima impellantur ſcelera. conf. Forſtnerus *ad Annal. Tac. lib. II. p. 295.* Apud Viſigothos ipſa qvoque cupido, futuras res Principumque fata cognoſcendi, graviſſimis coërcebatur pœnis, vid. Lindenbrogius *ad Lib. 29. Ammiani Marcellini.*

§. XXV. Nec minus periculoſiſſimis exponuntur fluctib9, parumq́; à naufragio abſunt, qui divinorum oraculorum, in Scripturâ comprehenſorum, variâ ad præſentia tempora accommodatione, Regnorum & Rerumpublicarum, qvin totius orbis hinc dijudicare fata anni-

tun-

tuntur. Inconſulto impetu graviſſimis ſeſe ipſos erroribus involvunt. Tanta enim ſacrarum litterarum eſt profunditas, operam omnem ut perdat, vaticinii cujusdam accuratè efferre ſenſum, qvisqve annititur, priusquam eventu fuerit comprobatum. Hoc omnes Hieronymus edocere poterat, ad *Cap. XII. Danielis. Si Propheta audivit & non intellexit, qvid facient hi, qvi ſignatum librum, & usq; ad tempus conſummationis multis obſcuritatibus involutum, præſumtione mentis edíſerunt.* Sanè parum abeſt, quin de ejusmodi vaticiniorum divinorum interpretatione idem cenſeam, qvod de Oraculis Sibyllinis pronuntia-

nuntiavit Procopiꝰ *lib. II. Gothic.* Τῶν γὰρ Σιβύλλης λογίων τὴν διάνοιαν πρὸ τοῦ ἔργου ἐξευρεῖν ἀθρώπῳ οἶμαι ἀδύνατα εἶναι. *Sibyllinorum oraculorum ſenſum ante rei eventum invenire, exiſtimo ſupra hominem eſſe.*

§. XXVI. Ut magnum igitur periculum qvandoqve ex intempeſtivo vaticiniorum ſtudio, aut prava divinorum Oraculorum interpretatione Rebuspublicis imminet: ita non procul à ſummo ſcelere abeſt, qui iisdem regnandi impotentem cupiditatem tegit. conf. Hugo Grotius *de J. B. & P. c.* XXII. Mihi vero ad Jothamũ eſt redeundum, cujus qvam omnino non vanæ aut irritæ fu-

erint

erint prædictiones, mox comprobavit eventus, longè triſtiſſimus, optimusq; ac certiſſimus vaticiniorum interpres.

CAPUT X.

Σύνοψις

Dominium Abimelechi non fuit diuturnum. Eundem fuiſſe Tyrannum probat Abarbanel ex voce שררה. *Vocum: Principis & Regis, diverſæ ſignificationes. Odium Sichemitarum erga Abimelechum unde provenerit. Abſentia Abimelechi ſeditionem maturavit ſec: Abarbanelem. Gaal rebellionis auctor. Oratio ejus obſcurior ſ. verſ. 28. & 29. accuratius explicatur ad ductum Abarbanelis*

nelis. Prudentia civilis arcana inde eruuntur. Alia hujus loci interpretatio ſecundum Abarbanelem. Oratio hominis factioſi quomodo debeat eſſe comparata. Exemplum prebet Oratio Gaalis. Interpretatio ingenioſa Abarbanelis. Eloquentia ad ſeditionem concitandam magnam vim eſſe. Hominibus qui nova moliuntur aditus ad populum non eſt permittendus. Dux rebellionis Gaal fuit. Rebellionem facilè langveſcere ſi aut Duce careat aut ille tollatur è medio. Cautè tamen in eo verſandum. Infeliciter plerumqve arma arripi contra Principem bellicoſum. Cur Abimelechus regionem Sichemitarum prorſus vaſtaverit?

rit? Ratio politica Abarbanelis. An crudelitatis inde poſſit accuſari? Negatur. Subditos rebelles juſtè exquiſitiſſimis cruciatibus affici. Interdum expedire ut mitius habeantur. Abimelechum ſecus ſe gerere non potuiſſe, cum præſidium unicum in metu civium illi fuerit collocandum. Temeritas ejus, imprudentia, & ἀνοχεία reprehenditur ab Abarbanele.

§. I. FAcile corruit, quod lubricis fundamentis innititur ædificium: diſſolviturque imperii moles, quam vanæ perfidæque artes, ut parietum fulcra & armamenta ſuſtinent. Quod per vim fraudesq; ſibi paraverat dominium Abimelechus, melioribus ut conſervaverit

verit conſiliis, à moribus indoleq; perditiſſimi hominis prorſus abhorret. Luculenter hoc omnes docent ipſa divini Spiritus verba: וישר אבימלך על ישראל שלש שנים Unde Abarbanel ita diſſerit: והבן כי לא נאמר באבימלך וישפט את ישראל כמו שאמ' בשאר השופטים' אבל וישר כי היה ענינו שררה לא דבר אחר *Et obſerva, quod non de Abimelecho dicatur, & judicavit Iſrael, ſicut de reliquis Judicibus dicit: Sed inquit, Principatum tenuit: quicquid enim fuerit, Principatus fuit, & nihil aliud.* Quod ergo Salluſtius alicubi dominationē

vocat,

vocat, quam poſt Sullam in populo Romano occupare Catilina volebat, id qvidem שררה *Principatus*, appellatur ab Abarbanele. Tyrannidem alii dicerent, quippe quâ violentum illicitumq; dominium denotatur, ex quo ad peſſimos mortalium libertatisque & patriæ Oppreſſores, hanc quoque vocem, loquendi conſvetudo transtulit: vid. de Tyrannide Piccartus *in Comment. ad libr, IV. Polit. Ariſtot. Cap. X. p. 580. &* Bodinus *lib. II. de Republ. Cap. IV.*

§. II. Ut vero Hebræorum שררה, ita & Latinorum *Princeps* varios diverſosque induit ſignificationes. Namque & Cæſar Vencingetorigis Patrem

Galliæ obtinuiſſe *Principatum* autumat, ſed quod ad regnum adſpiraret, interfectum: Piſo quoque apud Tacitum, Germanicum Principis Romanorum, non Parthorum Regis eſſe filium: haud obſcuro documento, mitiori longè acceptione hanc vocem eis venire, ac ceteroquin, præſertim apud recentiores, conſvevit. Accedit & Svetonius, qui parum abfuiſſe Caligulam ait, quin ſpeciem Principatus in regnũ converteret. Vellejus Paterculus quoque, Maroboduum refert, non Principatum parentium voluntate conſtantem, ſed vim regiam complexum fuiſſe animo. Contra Regum titulis plurimi fuere inſigniti,

qvorum

qvorum tamen non tam jubendi poteſtas, quam ſvadendi erat auctoritas, vel ut de Evandro Livius, *qvi auctoritate magis qvam imperio rexerunt.* Principum verò venere nomine quorum libera nullisq; legibꝰ aut terminis circumſcripta fuit poteſtas. conf. H. Grotius *de J. B. & P. lib. I. c. III.* Quin ad tyrannidem ſæpe vox iſta transfertur, ut ſupra demonſtratum eſt *Cap. IV. §. 5. 6. 7.* Et ita quidem mihi nunc uſurpatur, cum Hebræorum שלרה per illam exprimo.

§. III. Sichemitæ autem dominii iſtius pertæſi, jugum quatere frenaque mordere cæperunt. Haud difficulter adducor ad credendū, eosdem cru-

dele, ſuperbum, & avarum A-
bimelechi imperium] diutius
pati nequivisse. Etenim Ty-
ranni omnia ad lucrum refe-
runt, ſuntque *caupones Reipubli-
cæ qui tributis & exactionibus
populum vexant.* Piccartus *in
Ariſt. lib. V. Polit. Cap. X.* Ipſe
Ariſtoteles *l. c.* & Xenophon
lib. II. ἑλληνικῶν, ubi Athenienſi-
um Tyrannos nobis ſiſtit. Et
quis vero opinetur Abimele-
chum ab hisce moribus fuisse
alienum. Sane egregio ipſe
documento hoc comprobave-
rat. Commiſeritne autem a-
liud facinus, quo Sichemitarū
abalienavit à ſe animos haud
profecto liquet. Nec facile
quis dixerit, quid obtentui
ſumſerint Sichemitæ, [quamve
juſtitiæ

juſtitiæ & æquitatis ſpeciem præ ſe tulerit illorum furor & indignatio. Conjiciendo hîc proficitur, viâ lubricâ & præcipiti. Neqve ex ſacrarum litterarum monumentis hæc colligas. Saltem permittente ac dirigente Numine, in mutua odia atq; diſcordias illos exarſiſſe palam eſt. Hasce qvippe divini humaniq; juris violati pœnas, tum Abimelechum tum Sichemitas dare oportuit. Tantum vero abeſt inde ut criminis aut vitii qvid ad DEUM redundet auctorem, ut potius juſtiſſimi ſanctiſſimiq; Judicis accuratè expleverit partes.

§. IV. Potuiſſet facilè Abimelechus hoſce componere motus,

ſi ipſe in urbe, ſua auctoritate, in fide & obſeqvio, conqverentium, & præſentem rerum ſtatum ægrè intuentium animos, continuiſſet. Jam abſente Principe major ad qvævis audenda licentia. Philippum II. Hiſpaniæ Regem Belgicos nullo negotio conſopire potuiſſe tumultus, conſtat, reb⁹ perditis & profligatis ſi ipſe adfuiſſet, exemplo Patris ſui Caroli, graviſſima adeuntis pericula, ad Gandavenſiũ animos demulcendos. Abimelechum vero fuiſſe abſentem inde colligit Abarbanel qvod dicitur : וישימו לו בעלי שכם מארבים על ראשי ההרים Cauſam ſubjicit : והיה זורח לראות

לראות אם יבוא אבימלך כי היו י"אים ממנו מאוד *Hoc verò factum eſt ad videndum nū veniret Abimelech, valde enim timebant eum.* Haud invitus accederem Abarbaneli, ſi verborum vis indolesq; nativa illi ſuffragaretur. Neque enim video quorſum מארבים *Inſidiatores*, vel ad mentem Abarbanelis *Exploratores* fuerint comparati, niſi ejusmodi, cauſâ quam excogitavit Abarbanel, ad eos emittendos fuerint adducti.

§. V. Hinc Gaal Ebedi filius, ex quo ad Sichemitarum cum fratre tranſiit partes, trepidantes confirmavit, ut jam reſume-

rent Spiritus, fortiterq; pro libertate aut tuendâ aut recuperanda arma arriperent. Jam tanta inſanos ceperat fiducia, ut & urbe egrederentur, ſeque foras in agros & vineas ejicerent ad anni munera colligenda, cum hactenus metus Abimelechi intra mœnia eoſdē continuiſſet. Quin profano ritu ſacra tripudiaq; agere (ita enim vocem [הלולים] ad aliorum ductum interpretatur Abendana ad Sal. ben Melech Micl. Jophi) & palam opprobria conjicere in Abimelechū, omnemq; effundere furorem nulli dubitabant. E re ſua eſſe arbitratus eſt Gaal, Sichemitas eo uſqve adducere, ne unquam cum Abimelecho in

grati-

gratiam redire poſſent. Pſeudo[-] Sebaſtianus quidam incolas Terceræ Inſulæ ad ultimum nefas impellens, câdem prorſo ratione ſpem veniæ illis adimendo, ſuæ conſuluit ſecuritati v. Coneſtaggius *de Conjunct. Caſtil. & Portugall. p. 1198.*

§. VI. Oratio vero Gaalis cum non ab omnibus facilè intelligi queat, præeunte nobis Abarbanele accuratius eandē ediſſerere juvat. Ita vero ſermonem orditur : מי אבימלך ומי שכם כי נעבדנו הלא בן ירובעל וזבול פקידו עבדו את אנשי חמור אבי שכם ומדוע נעבדנו אנחנו Hæc Abarbanel, allatis quoque aliorum ſententiis, ita exponit : והפסוק הזה פרש

פרש רשי מי אבימלך להיות
שר על שכם ומי שכם להיותם
עבדים לאבימלך׳ הלא בן
ירובעל זה אבימלך וזבול פקידו
פקיד של אבימלך הוא ואדונו
אין לו משפט מלוכה בעיר ואף
פקידו אינו כלום׳ ואם באתם
לקנות לכם אדונים מירושת
אבותיהם הקדומים עבדו את
אנשי חמור שהיה נשיא הארץ
מימי קדם ומדוע נעבדנו אנחנו
לאבימלך. *Hunc verſiculum ita interpretatur R. Salomoh Jarchi: quis eſt Abimelech ut ſit Princeps in Sichem? & quis eſt Sichem ut ſerviant Abimelecho? Nonne filius Jerubaalis eſt hic Abimelech? & Sebul Præfectus ejus, Præfectus Abime-*

Abimelechi? ipſi pariter ac Domino ipſius nullum jus regni in urbem competit, neq; Præfectus ejus ullius eſt pretii. Si verò vultis eligere vobis Dominos ex progenie Patrum illorum antiqvorum, ſervite potius hominibus Chamor, qvi olim fuit Princeps hujus urbis: Qvare verò nos ſerviemus Abimelecho?

§. VII. Rejectâ deinceps ſententiâ R. Davidis Kimchi, ut & Levi Gerſonidis, qui prorſus inter ſe conſentiunt: ipſe de vero ac genuino verborum iſtorum ſenſu, ita verba facit:

והנכון אצלי בפירושו הוא' שאמר געל מי אבימלך שהוא באמת אדם פחות׳ ומי שכם שהיא עתה עיר גדולה לאלהים לשנע

לשנעבדנו? (כדברי רשי בזה)
כי מן הראוי שיהיה ערך בין
העבד והאדון מה שהוא בחלוף
זה' כי שכם ראוי שיעבד ולא
שיעבוד את אבימלך' ול זה אמר
כנגד אבימלך הלא הוא
בן ירובעל וזבול פקידו' עבדו
אתם את אנשי חמור שהיה
אביו מושל בשכם' ואמר זה
עלהם עצמם שהיו נכבדים כל
כך שאבימלך וזבול פקידו היה
ראוי שיעבדו את אנשי העיר
שהם' אנשי חמור אשר היה
השר הראשון שהיה בשכם
ואם אבימלך וזבול פקידו הראויים
לעבוד את אנשי שכם' איך
אכ נעבדנו אנחנו לאבימלך?
כי

כי רגזה ארץ תחת עבר כי
ימלוך וידבר אם כן הכתוב
פעם בלשון נסתר ופעם לנכח'
וכן מנהג הכתובים פעמים
הרבה' ורצה ליחסם אל חמור
לחיותו שר הארץ הראשון:

Mihi verò certò perſvaſum eſt, hanc eſſe, ejus interpretationem veram, qvod dixerit Gaal: Qvis Abimelech? qvi eſt ſane abjectus homo; qvis verò eſt Sichem? qvæ profectò urbs magna DEI eſt, ut ſerviamus illi? (Sicut etiam R. Salomoh Jarchi hoc expoſuit) Cum enim conveniens ſit, ut ſit proportio inter Dominum & ſervū, qvàm hic contra omnia ſunt, immutata. Sichem enim (urbs) digna eſſet, imperaret,

non autem ut ſerviret Abimelecho: unde & dicit ratione Abimelechi: Nonne ipſe filius Jerubaalis? & Sebul eſt Præfectus ejus? Vos ſervite Viris Chamor, cujus Pater fuit Dominus in Sichem: hoc v. de ipſis Sichemitis dicit, quorum tanta erat dignitas, ut Abimelecho & Sebul Præfectus ejus digni viderentur, ut ſervirent incolis civitatis, qui erant Viri Chamor (i. e. poſteri ejus) *quippe qui fuit primus Princeps in Sichem. Præterea ſi Abimelech & Sebul Præfectus ejus digni ſunt ut ſerviant incolis Urbis Sichemiticæ, quomodo nos ſerviemus Abimelecho? quia terra commovetur ſub ſervo qui imperat.* (Prov. XXX. 22.) *Loquitur igitur Scriptura mox in tertia mox in ſecunda perſonâ, idque*

idque Scriptura S. in more poſitū eſt. Refert autem proſapiam Sichemitarum ad Chamor, ideo quod ille primus terræ Princeps fuit.

§. VIII. In exemplum itaq; orationis callidisſimæ, ſermo Gaalis apud rerum civilium peritos, haud immeritò abivit. Nihil prætermiſit, quo aut demulcere aut concitare, inconditæ plebisq; animos posſet. Contemptus Abimelechi, laus Sichemitici populi, num poterant aliam in illorum mentibus gignere concluſionem, quam quæ à juſtâ indignatione profecta videbatur? Hæc omnia verò nunc demum cognita, & explorata cunctis ſunt, ex quo orationi ceteroquin obſcuræ, lucē affudit Abarbanel

§. IX. Aſt ſi iſta, quam attulit, explicatio nondum omnib9 ſatisfecerit, en! aliam non minus ingenioſam in promptu habet: Priora verba: *Quis Abimelech? & quis eſt Sichem?* ut anteà expoſuit, retinet. Hisce autem reliqua accuratè reſpondere contendit: וחשיב

למה שאמר מי אבימלך באמרו
הלא בן ירובעל' ר״ל אם
תאמרו שנעבוד את אבימלך
לפי שהוא בן ילובעל גרעון'
וג״כ שזבול פקידו עומד בתוך
העיר ומפחדו תעבדוהו' הנה
א״כ מאותו צד עבדו את אנשי
חמור שהיה אבי שכם אם
בעבור האבות תעבדו את
הבנים' ולקח דרך צחות שיעברו
את

את החמורים לפי שחמור היה
אבואדון לאותה עיר שכם:
ולענין זבול פקידו אשר זכר
חשיב ואמר ומדוע נעבדנו אנחנו
ר״ל אנחנו אנשים גבורים
למה נעבור זבול פקיד אבימלך

Et ei quod dixerat : Quis Abibimelech ? reſpondet dicendo : Nonne filius Jerubaalis ſ. Gideonis : & ſimul etiam quia Sebul Præfectus ejus hic in civitate commoratur & propter timorem ejo ſervietis ei ? Hoc ſi ita ſe habet ex hoc ipſo capite ſervite Viris Chamor, qui fuit Pater Sichem, ſi propter Parentes ſervitis filiis. Elegantiam verò quandam in eo ſectatur, quando dicit, ut ſerviant Chamoræis , quia Chamor fuit

Pater

Pater (Sichemi) ſimul verò Dominus urbis Sichemiticæ. Qvod v. de Sebul Præfecto ejus attulerat ad illud reſpondet dicens: Et cur nos ſerviamus i. e. Nos, qvi Viri fortes ſumus, cur ſerviamus Sebul Præfecto Abimelechi.

§. X. Sed verò & hoc modo oratio Gaalis huc tendit, ut ludibrio omnium exponat Abimelechum: omniqve virtutis aut generis exiſtimatione eundem priver, qvippe quâ ſolâ interdum in fide & obſeqvio populus contineri poteſt. Neqꝫ enim neſciebat, non promptiorem ad rebellionem eſſe viã, quam aut contemptum Principis aut odium. Annales gentium omnium hoc loqvuntur. Ceterum Ariſtoteles libr. V. Politic.

Politic. Cap. I. fontem rebelli onis omniumq; motuum, qui in Republicâ oriri poſſunt, aſſerit eſſe, inæqualitatis perſvaſionem. Etenim ſubditi exiſtimantes ſibi à Principe injuriã inferri, non poſſunt non ad jugum quatiendum commoveri. Hinc prorſus ad mentem ſententiamq; Stagiritæ obſervavit Abarbanel, Gaalem laudando Sichemitas, contemnendo Abimelechum, illos in eam adduxiſſe opinionẽ, cum ſumma injuſtitiâ ſuam conditionem eſſe conjunctam. Hinc illi motus, hinc animorũ vehementiſſima concitatio. Idem quoque docet Plato *lib. VI. de Legibus.* conf. Piccartus *in Comment. ad Polit. Ariſt. p. 660.*

§. XI. Non-

§. XI. Nondum vero Orationis finis eſt. Nec minoribꝰ impedita ſunt difficultatibus, qvæ deinceps ſubjicit Concitator plebis Gaal: ומי יתן את העם הזה בידי ואסירה את אבימלך. Qvæ Abarbanel eleganter ita παραφράζει: רל אסירהו ממלוכה ומיד אמר כנגד אבימלך, (כאלו היה מדבר עמו) רבה צבאך וצאה' רל הרבה צבאך כל מה שתוכל וצא למלחמה ואני אלחם עמך: *Vult dicere: Removebo illum à regno* (Abimelechum.) *Statim vero ad Abimelechum* (per Apoſtrophen) *dicit, ac ſi cum ipſo loqueretur: Multiplica exercitum tuum & egredere, i.e. auge exercitum*

citum tuum quantum poteris, & egredere ad bellum, ego pugnabo Tecum. Inuſitatâ qvippe ob fœdam Sichemitarum ſervitutem indignatione,ſe perculſum ſimulabat : jam intueri Abimelechum,jam manus cum eodem conſerere , jam viſcera lacerare, tyrannidisq; ab eodē ſumere pœnas, ſibi videbatur. Iſtudque ex artis ſuæ regulis fecit. Fiducia enim implere civium animos conſultum ducebat. Hinc quaſi furore qvodam abreptus nihil niſi cædem ac ſangvinem ſpirat, primoq; profligaturus impetu Abimelechum videbatur, quo minus de proſpero rerum conſiliorumq; ſuorum eventu dubitarent. Ita circumagere plebem,

bem, ex factioſorum hominum diſciplinâ, in omnes partes decet: Ita ſcenæ inſerviendum, orationiq́; nihil niſi animi magnitudinem præ ſe ferens, inſtituto eſt attemperanda.

§. XII. Abarbanelem vero ingenii fœcunditatem multiplicemq́; doctrinam hic denuò prodere videas. Namqve ita ulterius verba facit: או היה ויאמר לאבימלך מאמר העם שזכר מי יתן את העם הזה בידי ואסירה את אבימלך ויאמר העם לאבימלך רבה צבאך וצאה למלחמה כי בעלי שכם יכולים הם להסירך ממלוכה *Aut erunt hæc verba: & dixit ad Abimelechum, ad populum referendæ. Dixerat enim* (Gaal)

(Gaal) *Quis dabit populum in manum meam, & removebo Abimelechum? Et dixit populus ad Abimelechum: Multiplica exercitum tuum & egredere ad bellũ. Sichemitæ enim poſſunt Te dejicere de regno.* R. Salomoh Jarchi autem in eo diſſentit. Putat enim Gaalem allocutum fuiſſe Sebulum, eidemq; mandaſſe ut bellum denunciaret Abimelecho.

§. XIII. Cuncta tandem colligit Abarbanel, & ad ultimæ interpretationis ductum concludit, & triplici huic quæſtioni *Quis Abimelech? Quis Sichem? Quis Sebul?* triplici reſponſione ita ſatisfacere Gaalem contendit, ut Abimelechum quidem fateatur à magno Parente genitum,

nitum, hoc ipſo tamen nihil in Sichemitas juris illi competere, cum & ipſi Hamoris, ſummi utiqve Viri Principisq́;, ſint poſteri. Sichemitarum contra tantam eſſe præſtantiam tantamq́; dignitatem, nihil minus ut illos deceat, qvam fœda & illiberalis ſervitus, Sebulum deniqve neutiqvam eſſe timendum, cum nec Sichemitis animus deſit aut facultas cum Abimelecho ejiciendi Sebulum.

§. XIV. Hæc vero ejusmodi ſunt, ut artes illorum qvi favore populi ad res novas moliendas abutuntur, ſubditosq́; in Dominos concitant, pulcherrimâ imagine exhibeant. Nullâ re facilius rapitur impelliturq́ve

popu-

populus qvam oratione apta & ad plebis genium indolemq; accommodatâ. A Græciæ præſtantisſimis Oratoribus libertati civium nunqvam non periculum iminebat, eò quod populum ſibi obſequentem haberent, orationeq; flectere & demulcere, quin rapere, qvocunque vellent, posſent. Oſtraciſmo eosdem ejiciebant Athenienſes, quoties ultra qvam par erat, favore populi abutebantur. Quos qvidem Ariſtoteles non inde reprehendit, quod improbum exiſtimaverit Demagogos expellendo ſuæ conſulere libertati, ſed quod telo iſto quo tueri ſe ac defendere debebant, innocentisſimos quandoque mortalium

con-

confoderint. c. Sigonius *de Republ. Athenienſi lib. II. c. IV.* Et quis vero neſcit quam ſæpe Oratores, interque illos etiam quibus rerum ſacratum cura eſt, eloquentiæ beneficio in ſervitutem redegerint auditores, aut etiam rerum ſummam ad ſe trahere fuerint conati. Accuratè hac de re diſſerit Gabriel Naudæus *in Coups d' Etat p. m. 217.* Exempla quoque egregia ſubminiſtrat Hieronymus Conestaggius *de Conjunct. Caſtil. & Portugall. lib. III. p. 1109. n. 30. & 40. it. lib. V. p. 1138. n. 40. lib. VII. p. 1179.* Videatur quoque Plutarchus *de Arato Sicion.* & Ludovicus Vives de cauſis corruptar. artium, qui prolixius de Eloquentiæ abuſu

diſſerit,

diſſerit. De Hieronymo Savanorola qvi eloqventiâ fretus & ſanctitatis opinione, dominatum in Florentinos ſibi asſeruit, vid. Antonius Maria Gratianus *de Caſib. Viror. Illuſtr. p. m. 137.* qvi inter alia dicit: *Et cum ſapientiæ cognitioni, divinarumq́ rerum ſcientiæ magnam dicendi facultatem adjecisſet, in mandato inde munere concionandi ad populum de religione, tanto majus eſt nomen exiſtimationemqve adeptus &c.*

§. XV. Ut ergò libertati civium, ita ſecuritati ac tranqvillitati Principum ingens creatur periculum, ejusmodi hominibus qvoties aditus ad populum patet, *qvi*, ut Verula-

 mius

mius illos repræſentat, *omnia turbare amant ſimilesqve ſunt lignis curvis, qvæ benè navigiis extruendis conveniunt jactationi deſtinatis, non verò ædibus qvæ immotæ manent.* Sermon.*Fidel. p. 1158.* Et iſtud qvidem cum omni tempore Principem ſollicitum tenere debeat, tùm maximè in eo curam omnem ponere eum oportet, cum odio erga ſe ſubditorum ſuorum laborare animos, præſentemq́; rerum ſtatum ægrè intueri intelligit. Etenim fomitis inſtar faciliimè ſcintillulas, in ingens deinceps incendium erupturas, concipiunt irritati civium animi: certisſimaqve pernicies rerumq́; omnium everſio

ſubſe-

ſubſeqvitur, ſi Ducem atqve auctorem ſceleris conſeqvantur homines malè-feriati dominiiq; præſentis pertæſi. Hoc ſuo comprobant exemplo Sichemitæ, Gaalem ceu fontem & ſcaturiginem omnium malorum accuſantes. Idque iterum obſervavit Abarbanel. Gaalem enim urbe à Præfecto Abimelechi excluſum ideo refert : כי הוא סבב את כל הרעה ההיא ואנשי העיר בראותם חלליהם הסכימו עמו לגרשו בראותם שהוא היה סבת כל ההפסד ההוא *Qvoniam ipſe* (Gaal) *cauſa fuerat omnis mali iſtius, incolæ civitatis*

tatis itaqve videntes ſuos vulneratos, conſenſerunt cum Sebulo ad expellendum illum, eò qvod intelligerent illum omnis calamitatis iſtius eſſe cauſam.

§. XVI. Langveſcit ſine Duce ſeditio, populusq; capite deſtitutus demortui corporis inſtar, motu omni ac ſpiritu caret. Nec deliberare prudenter, nec ſtrenuè exeqvi conſulta poteſt: eventu carent intempeſtivi conatus, temeritatisq; ſuæ & imprudentiæ pœnas gravisſimas luunt. Nihil ergò priùs aut antiqvius fuit Principibus in hoc rerum articulo conſtitutis, qvam aut impedire ſolerter, ne Ducem quis ſe præbeat hominum profa-

ſanorum turbæ, aut ſi jam Ductorem fuerint adepti, ut vel vi vel fraude tollatur è medio. Et horum qvidem prudentiam laudat Zevecotius, non promptiorem ad rebellionem ſupprimendam viam eſſe contendens *Not. in Sveton. Jul. Caſ. p. 163.*

§. XVII. Nullus verò dubito, qvin multos præſtantiſſimosqve Viros ſibi conſentientes habeat. Saltem non temerè in Duces ſæviendum arbitrantur, ne populus magis magisq; irritatus ad ultima extremaq; patienda abducatur, ne impune perierint, quos non periiſſe ſuâ vel maximè intererat. Egmondanus Hornanusq; Comites, ut

& Gviſius, Coligniusqve animo meo obverſantur, qvorum ſangvine tantum abeſt, ut furor poduli extinctus ſit & conſopitus, ut potius ardere tum demum cœperit, funeſtiſſimâqve clade florentiſſimas perdiderit provincias. Albani Ducis maximè ridenda ſtulta temeritas, qvi hoc unicè timens ne timere videretur, intuente ac indignante populo, libertatis Belgicæ fortiſſimos propugnatores, interficiens, non metum injecit ſpectantium animis, ſed furore complevit, & adverſus Hiſpaniæ Regem armavit. *Malè admoventur oculi ſpectando illius ſupplicio, cujus cauſam commiſeratio meliorem facit:* Judice Famiano

Strada

Strada *de Bello Belgico Dec. I. p. 574.* Vid. qvoqve Förſtnerus *ad Annal. Tac. lib. XI. c. XIX. p. 96.*

§. XVIII. Fuerit ne autem penes Abimelechum afferre medelam hiſce Sichemitici populi motibus & noſtrâ parum refert, & definiri facilè neqvit. Saltem pravis Gaalis conſiliis plebem concitatam arripuiſſe arma, & ſacrilegâ ſe polluiſſe impietate, palam eſt. Fortitudinis prudentiæq; militaris laude eum neutiqvam privandum eſſe, vel infeliciſſimus rebellium ſucceſſus comprobavit. Neq; ſane eâdem æſtimatione Principum virtutes & amici & hoſtes metiuntur. Sichemitæ

vanâ Ducis ſui pollicitatione freti, rerumq; ſuarum parum conſulti, non poterant non ſumma adire diſcrimina. Nec procul ab inſaniâ abeſt popul⁹, ſolâ abreptus temeritate, nec legibus nec laboribus militaribus imbutus, qvi provocare audet Principem & juſto exercitu cinctum, belliq; peritum, alacrem præterea, nec conſilii inopem. Victi ergò fugatiqve Sichemitæ, tum demum intellexêre, qvanti conſtet, divinis humanisqve reluctari legibus. Abimelechus verò ex lege diſciplinâq; militari ſtrategemate uſus, & copias Sichemiticas in fugam vertit, & pœnis promeritis affecit ſubditos fero-

ces,

ces, dictoqve non audientes, qvin ipſam urbem ſolo æqvavit.

§. XIX. Ceterum ut cæde atque ruinâ omnem latè compleret Sichemiticam regionem Abimelcchus, inde eum potiſſimum adductum eſſe contendit Abarbanel: ואולי עשה
כדי שלא יועילו עוד שם
הכרמים, שהיו אנשי שכם
עשירים בסבת הכרמים' כמ"ש
ויבצרו את כרמיהם' או עשה
זה להפחיד ערים אחרות
שלא יבגרו עוד במלכם ולא
ידברו נגרו תועה' כי כן מנהג
המל

המלכים לעשות לערים
המורדים לזורעם מלח

Et fortaſſis fecit hoc ne ulla ex vineis ad illos redundaret utilitas, namqve ex vineis maximas opes collegerant Sichemitæ, ut dicitur: & uvas colligebant in vineis ſuis. Aut etiam fecit hoc timorem ut incuteret reliqvis civitatibus, ne & ipſi Regi ſuo denegarent obſeqvium, & contra illum inſurgerent. In more qvippe poſitum eſt Regibus, cum rebellibus urbibus ſic agere, ut ſale eas conſpergant.

§. XX. Etenim cum hoſtibus cunctis qvovis nocere modo liceat, mitius ut experiantur fatum qvi hoſtium ſunt deterri-

cerrimi, neutiqvam fas eſt. In hunc verò numerum cum jure meritoqve referantur ſubditi, juga qvatientes, non ægrè qvoqve ferant, ſi delicti atrocitas pœnæ gravitate penſetur. Nec Abimelechi ſcelera laudo, nec facinora immaniſſima excuſo: ſaltem in Sichemitas nihil tam atrociter conſuli potuiſſe contendo, ut non graviores pœnas promeruerint, rejiciendo Dominum qvem ipſi elegerant. Neqve per Principum crimina ſubditis qvidvis committere licet: qvem ſuâ ſibi accerſivit innovandi cupiditas, hunc æqvo animo ut ferat, par eſt. Qvod vero ſuſpicatur Abarbanel, ad timorem aliis incutiendum

Abimelechum atrocius in Sichemitas ſæviisſe, id qvidem *rationē ſtatus in puniendis rebellibus* appellarent Septalius, Palazzus, Trajanus Boccalini, aliiqve Italorum, aſt à ratione non abhorret. Cum enim pœnæ omnes huc comparatæ ſint, illis ut deterreantur alii ab ejusmodi flagitiis, ſanè ut eò gravioribus ſuppliciis rebelles ac ſeditioſi coërceantur par eſt, qvo magis omnium intereſt, ne Rerumpublicarum atqve regnorum tranqvillitas conturbetur.

§. XXI. Durisſima ergò fata expertos fuisſe, qvi arma in Principem capeſsere non dubitarunt, præcipuè verò qvi aliis ad iſtud faciendum auctores

res fuerunt, multarum gentium annales comprobant. Et æqvi juſtiqve limites non fuisſe migratos haud diffitebitur, qvi humanæ ſocietatis, ad quam conſervandam leges omnes atqve jura comparata ſunt, pericula, ex intempeſtivis hiſce civium auſibus fluentia, recto metiri calculo, & cum ſuppliciis contendere didicit. Nihilo-ſecius temporis præſentisqve ſtatus conditio qvandoqve longè aliud ſvadet. Tantumqve abeſt pœnæ ſeveritate malum hoc ut corrigatur ſemper ac emendetur, ut potius ad ultimam extremamq; perniciem via paretur. Interdum lenitate nimia hîc peccatur,

qvandoqve & auſterâ ſeveritate. Neqve enim dubito qvin magna, ſed ſera nimis pœnitentia Henricum IV. Imperatorem ſubierit, cum intelligeret ſe facilitate ſuâ, Saxonũ non mitigasſe ſed irritasſe animos, ut novo qvodam & inexpiabili odio adverſus ſe exardeſcerent. c. Aventinus *Annal. Bojoar. lib. V.* Philippus contra Hiſpaniæ Rex, Luſitanos aſtutisſimo conſilio ab Antonio Priori Cratenſi abalienavit, delictorum illis conceſſâ veniâ, ne pœnarum metu territi, hoſti ſuo diutius adhærerent. Iſtudqve dum ſingulari Philippi prudentiæ tribuit, neutiqvam fallitur Hieronym9

Co-

Coneſtaggius *de Conjunct. Caſtiliæ & Portugall. lib. VI. p. 1161. n. 10.*

§. XXII. Jisdem conſiliis non ubiqve ad rerum ſummam proficitur. Nec enim omnium morborum eadem eſt medela. Abimelecho verò qvo minus proſperè & ex animi ſententia iſtud conſilium cederet, nihil utiqve obſtabat. In amore enim & benevolentiâ civium ſuam collocaret fiduciam? Scelerum prohibebatur magnitudine. Jam maximum ſecuritatis præſidium corruerat. Unicum ſupererat, *metus*. Hinc verò tum demum ſecuritatem ſibi pollicebatur, ſuo ſi reliqvos

edo-

edocuisſent exemplo Sichemitæ, qvam non impunè laceſſere liceat Principem, cujus non aliter qvam ſangvine ultimâqve pernicie placari aut expiari ira poterat.

§. XXIII. Qvo minus autem prudentiæ atqve victoriæ ſuæ percipere fructum potuerit, ſuâ ipſe temeritate effecit. Etenim incautus, & in obſidione propugnaculi cujusdam, ultra qvam Principem decebat provectus, lapideqve percusſus, periit. Fuerit ne autem *Domus Baal Berith* turris ut R. David Kimchi opinatur, an urbem qvandam peculiarem denotet, ut Chaldæus Paraphraſtes augumat, anxiè diſceptare

ptare noſtrum non eſt. Potius imprudentiam Abimelechi mirari juvat, qvi ſuam ſibi accelerare mortem non dubitavit, ſaltem ne mulieris periisſe manu cenſeretur. Utiqve dedecori esſet interimi à fœminâ, juſto prælio ſi cum eâdem decertetur, eâdemqve concurratur lege: Jam cum fortunæ qvodam ludibrio, vel ut rectius dicam, ineffabili divini fati vi, lapide oppresſus ſit Abimelechus, parum utiqve à ſtultitiâ aberat, mulieris conatum ſibi opprobrio ducere, cum nec fortem iſta cædes reqviſiverit Virum, & ab infante qvóqve eodem perpetrari ſuccesſu potuisſet.

§. XXIV. Et iſtud qvidem eſt qvod ultimo loco addit Abarbanel: וזה באמת סכלות גדול היה אליו׳ כי קלון אשה הרגתו אינו כי אם בהיותו נלחם בשורה עם אשה יד ליד לא ינקה כיתגבר עליו האשה בכחה׳ אבל כאשר מן המגדל ישליכו אבן על ראשו׳ מה לנו שיהיה אשה או איש ומה הקלון אשר בזה:
Et hæc profecto ingens fuit ſtultitia ejus (Abimelechi). *Dedecus enim neutiqvam eſt, qvod*

muli-

mulier ipſum interfecerit, niſi ſi in campo cum eâdem decertasſet manusqve conſeruiſſet: tum ſane non careret dedecore ſi viribus ſuis prævaluiſſet mulier: ſed cum ex turri projecerint lapidem in caput ejus, qvid noſtrâ refert, fueritne Vir an fœmina qvæ lapidem projecit, & qvale inde in ipſum redundare potuit dedecus? Ut ergo propria ſe polluit cæde Abimelechus, ita inconſultâ temeritate & imprudentia & mortem, & æternos ſibi attraxit cruciatus.

FINIS.

L. B. S.

FAtorum meorum iniqvitati hoc adſcribendum eſt, qvod libellus hicce, nec iis characteribus, nec tam accuratè impresſus ſit, ut ego exoptaveram. Typographus enim *literis* qvandoqve *Hebraicis* deſtitutus, non rarò qvasdam *punctis* notatas admiſcuit, qvod fieri minimè par erat: Sed necesſitatis legi, nunc qvidem obtemperandum fuit. Reliqva errata typographica, haud difficulter unusqvisqve pro ſuâ humanitate emendabit.

Præ-

Præcipua verò hæc ſunt : p. 3. lin. 11. pro שהיה leg. שהיה p. 27. lin. 4. leg: *Apuliamq;* it. lin. 15. leg. *Neapol.* p. 38. lin. 14. pro כלים leg. קלים p. 59. lin. 4. pro *ratio* leg. *rarò.* ibid. lin. 5. pro *ut* leg. *aut.* p. 69. lin. 20. pro *Tyrannis* leg. *Tyrannus.* p. 72. lin. 1. leg. *voluit.* ib. lin. 2. pro *ſecus* leg. *ſecutus.* p. 81. lin. 18. pro *imprimum* leg. *imperium.* 89. lin. 4. pro *Divitum* leg. *Divitiarum.* p. 94. lin. 15. pro *inconditatæ* leg. *inconditæ.* p. 102. lin. 12. pro טוא leg. טוב p. 105. lin. 19. pro *ambigo* leg. *ambiguo* p. 161. lin. 8. pro כי בר ib. lin. 14. & 15. pro *ſpinanum* leg. *ſpinarum.* p. 165. lin. 5. pro *invidiæ* leg. *invidia.* p. 167. lin. 15. deleatur & ib. lin. 21. pro *Seo* leg. *ſed.* p. 186. lin. 10. pro *patuete* leg. patuêre. p. 189. pro *ous*

leg.

leg. *nus.* p. 192. pro *ite*
idem. p. 194. lin. 7. pro ה
leg. השררה p. 196. lin. 12
הפלוסוף leg. הפלוסוף p.
lin. 17. pro *accepta*, leg. *acc*
p. 206. lin. 1. pro *Val.* leg.
p. 212. lin. ult. pro *iminiſce*
leg. *immiſcerent*. p. 232. lin. 1.
הרככות leg. הרבבות ib. li
pro *Deus* leg. *Deos*. p. 244.
7. pro שגב leg. שֹׂגֵב p. 257.
7. pro *quisque* leg. *quisquis*
258. pro ὑῶν leg. τῶν. p. 260. li
6. pro *prebet* leg. *præbet*. p. 2
lin. 11. pro αὐτοχεϱία leg. αὐτοχ
ϱία. p. 274. lin. 14. pro שב
leg. בשב. p. 276. lin. 9. pr
dignus leg. *digni* p. 282. lin. 8. pr
רל leg. רֹל.

UT 131 Y505

Digitized by Google

Google

60
150
ff

Digitized by Google

VIT